


DISSERTATIO EPISTOLARIS
DE
MINO CELSO SENENSI
RARISSIMÆ DISQUISITIONIS,
IN HÆRETICIS COERCENDIS QUATENUS PROGREDI LICEAT,
AUCTORE,
CLAUDIO ITEM ALLOBROGE
HOMINE FANATICO AC SS. TRIADIS HOSTE,
ALIISQUE
AD
MAGNIFICUM AC REVERENDISSIMUM ACADEMIÆ GEORGIÆ AUGUSTÆ CANCELLARIUM
D. JO. LAURENTIUM A MOSHEIM
PERSCRIPTA
A
JO. GEORGIO SCHELHORNIO,
ECCLESIASTE ET BIBLIOTHECARIO MEMMINGENSI.

ULMÆ, APUD DAN. BARTHOLOMÆI ET FILIUM.
MDCCXLVIII.

VIRO
MAGNIFICO ATQUE
REVERENDISSIMO
JO. LAVRENTIO A MOSHEIM
POTENTISS. M. BRITANNIÆ
REGIS ET ELECTORIS BRUNSVIC.
A CONSILIIS RERUM SANCTIORUM,

ET

ACADEMIÆ GEORGIÆ AUGUSTÆ
CANCELLARIO,

THEOLOGO GENERIS SPLENDORE, MUNERUM AMPLITUDINE, AC MERITORUM GLORIA VERE ILLVSTRI

JO. GEORGIUS SCHELHORNIUS
FELICITATEM PERPETUAM.







Verſabar nuper in agro noſtro, ſuavique inter acidularum hauſtus ad vires recreandas in amœniſſimo quodam prædio fruens otio literario, avidus volutabam libros quosdam, haud ita pridem ex ſuperioribus nundinis Lipſienſibus ad nos perlatos, ut hoc veluti dulcore, quicquid acidulis amaritiei



ritiei et acerbitatis inerat, jucunde delinirem. Principem inter eos obtinebat locum novum TUUM VIR MAGNIFICE, idque numeris omnibus abſolutum ſpecimen, immo exemplar potius inimitabile plenioris et incorrupta fide conſcriptæ *HAERESIOLOGIAE*, in quo reconditam ac involutam infelicis MICHAELIS SERVETI hiſtoriam,

Nullius addictus jurare in verba magiſtri mira quadam ingenii felicitate, inuſitato judicii acumine, induſtria incredibili et auſpicatiſſimo ſucceſſu in lucem adeo coruſcam poſuiſti, ut nihil facile jam amplius deſiderare queant cenſores etiam rigidiſſimi. Eas vero in exquiſito illo opere appoſuiſti animo meo dapes, ea bellaria lautiſſima, quæ multo me paſcebant jucundius, quam

Sacchare bis cocti panes, et amygdala libis
Ac popanis infarta ſuis, dulcesque placentæ,



Et pateræ innumeræ, confecto ſacchare plenæ,
Effigiesque auro pictæ, ſuccique liquentes,
Pomaque, quæ credas ſurrepta ſororibus Afris,
Qualiaque Alcinoi felix autumnus habebat.

Non legi, ſed devoravi hoc opus plane eximium cupidiſſime, et delicato iſthoc animi pabulo ſaturari haud potui, recedens ab eo non hilarior tantum, ſed et doctior, ſed et plura hujusmodi legendi avidior. Ingenti excellentis doctrinæ TUÆ admiratione plenus recordabar tum epigrammatis non veracis minus, quam arguti, a communi noſtro, dum viveret, amico, D. TEODORO HASÆO, idoneo ingeniorum æſtimatore, ad TE, in viridi adhuc vernantis ævi flore conſtitutum, ſcripti, quod modeſtia TUA patiatur hic aliorum in gratiam a me repeti ([a]):

MOSHEMI, noſtri certiſſima gloria ſæcli,
Digna cedro viridi, cum tua ſcripta lego:

Sive

([a]) Ex Bibliothec. Bremenſ. Claſſ. V. Faſc. II. p. 216. ſq.



Sive mana tractas oracula DIa trementi,
Seu priſcos critica corrigis arte libros:
Dogmata ſeu veterum monimentaque culta Sophorum,
Sedulus immenſo diſcutis ingenio:
Seu vani explodis commenta profana Tolandi,
Tot dotes animi divitis obſtupeo.
Miror tot vigili tibi lecta volumina nocte,
Admiror terſi deliciasque ſtyli.
Tunc mecum: ſapiunt annos ea ſcripta ſeniles,
Dudum auctor Pylios attigit ille dies.
At quum ſollicitus quæro, quot vixeris annos?
Nuper, *ais*, quintam tranſii Olympiadem.
Hoc tibi vis credi? Credat Judæus Apella,
Vix cadit in canum copia tanta ſenem.
Aut ergo dignos Sene deſine ſcribere libros,
LAURENTI, aut noli dicere te Juvenem,
Si tamen es Juvenis; MOSHEMI culte, licebit
Annorum centum dicere te Juvenem!

Quibusnam autem, bone Deus! ajebam mecum, nunc verbis uteretur, ſi reviviſceret Vir



Vir ille, immortalitate dignus, legeretque ſcripta exaſciatiſſima, hoc interim temporis ſpatio in omni fere literarum genere magno numero abs TE in lucem emiſſa? Candidulos viridis ævi flores attonitis cernens oculis, profecto in ſtuporem totus abriperetur, fructus maturæ ætatis conſummatos, doctoque palato longe ſapidiſſimos deguſtans.

Sive enim, VIR PER OMNIA SUMME, philoſophiæ arcana recludis, ſive veritatem religionis chriſtianæ adverſus clandeſtinos et apertos hoſtes vindicatum is, ſive ſancta purioris cœtus placita elucidas atque ſtrenue contra adverſariorum ſtrophas aſſeris, ſive obſcuriora divini codicis oracula clara perfundere luce ſatagis, ſive omnem theologiæ moralis ambitum emetiri laboras, ſive civitatis Dei fata ſincero et erudito calamo enarranda ſuſcipis, ſive receſſus literariæ omnisque hiſtoriæ abditos referas, ſive ſacra verba

ad



ad electam Augustissimorum etiam Regum et Principum aliorumque auditorum coronam facundissimo eloquio facis, et quæcunque tandem ad pomœria ecclesiæ ac literati orbis feliciter amplificanda,. propitio Numine singulis TUIS conaminibus clementer adspirante, moliris, omnium intelligentium spem ac desiderium auspicato supergredi solenne TIBI est.

Plura in meritissimas TUI, ILLUSTRIS MOSHEMI, laudes, ipsa veritate suffragante, scribere gestientem calamum cohibet, silentiumque illi imperat singularis TUA modestia, reliquis eminentibus animi TUI dotibus amico juncta connubio, quam lædere religioni mihi duco.

Ad id ergo me potius, missis ambagibus, jam converto, cujus gratia tenuem hanc scriptiunculam bono cum Deo aggressus sum. Observavi in lectione operis TUI, optima




fruge pleniſſimi, in optatis TIBI eſſe, ut de pio doctoque viro, MINO CELSO SENENSI, rariſſimae diſquiſitionis, *in hæreticis coërcendis quatenus progredi liceat,* auctore plura, quam hactenus comperta ſunt, ſtudioſe eruantur ([b]): deinde aliquam TE deſiderare hominis turbulenti notitiam, qui inter Allobroges doctrinæ in SS. Triadem injuriæ virus circa A. MDXXXVII. diſperſit ([c]). Memoria igitur mea de utroque mihi nonnulla ſuggerente, rure ad libros meos reverſus, hæc qualiacunque, ſummæ meæ in TE obſervantiæ teſtandæ cauſa, literis conſignavi, TUO deſiderio pro virium modulo ſatisfacturus: quæ ut æqui bonique conſulas, enixe abs TE, DOMINE, contendo.

Cum

(b) In dem anderweitigen Verſuch einer vollſtændigen und unpartheyiſchen Ketzer-Geſchichte, p. 296.

(c) l. c. p. 58.



um olim aliud agens perluſtrarem Epiſtolas CLAUDII TOLOMEI Senenſis Italice ſcriptas, incideremque in literas FABII BENVOGLIENTI ad MINVM CELSVM iis annexas, ſtatim ſuboriebatur mihi ſuſpicio, me deprehendiſſe hic verum auctorem, de quo diſcordantes hactenus erant eruditorum ſententiæ, libri de hæreticis capitali ſupplicio non afficiendis, hoc nomine primum *Chriſtlingæ* Anno 1577. deinde, adjunctis ejusdem argumenti THEODORI BEZÆ & ANDREÆ DVDITII epiſtolis duabus contrariis cura VALENTIS TITI LIGII A. 1584. in octuplici forma ſine loci indicio typis excuſi, qui cum aliis hujusce generis rariſſimis ſcriptis mihi ad manus erat. Res autem illa videbatur mihi aliorum etiam cognitione digna, atque adeo, oblata occaſione, (d) MINI CELSI SENENSIS nomen haud adſcititium, ſed ipſius auctoris proprium eſſe publice ſignificavi, cum ex iſtis FABII BENVOGLIENTI literis, Venetiis d. 15. Sept. A. 1547. (non 1548. uti mendoſe typothetæ Ulmenſis culpa impreſſum eſt) exaratis, ea ætate virum erudi-

B 2 tum.

(d) Amœnit. liter. Tom. VII. p. 86.

tum, illo nomine insignitum, vixisse pateat. Huic meæ opinioni non deerat adstipulatio virorum, rei literariæ peritissimorum, siquidem album isti calculum adjecerunt JACOBVS FRID. BEYSCHLAGIVS, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις (e) Ven. JOANNES VOGTIUS (f) & Nobil. SAMUEL ENGEL (g): quibus nunc quoque *TUUM, VIR MAGNIFICE*, accessit suffragium, πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων, de quo mihi impense gratulor.

Aliter autem visum fuit optimo meo, dum in Academia Norica versarer, Præceptori, cujus etiam cineres veneror, cuique tantum, quantum inter mortales post parentes nemini, me debere, et olim publice professus sum, et nunc gratus profiteor, D. GUSTAVO GEORGIO ZELTNERO, Theologo pio, modesto, perspicacissimo, ac de puriori Ecclesia immortaliter merito. Is enim in notis ad Epistolas MARTINI RUARI (h) hanc in rem ita disserit: *Omnium certissimum est, Lælium Socinum Minum Celsum Senensem dici voluisse, ex libello primum Italica lingua scripto, sed in Latinam deinceps ab ipso auctore translato, quo:* **In hæreticis coërcendis quatenus progredi liceat?** *disseruit. Quamvis enim non ita pridem virum aliquem ea ætate (prodiit autem liber iste anno* 1577.) *hoc genuino nomine celebrem appellatum fuisse existimaverit Schelhornius Amœnit. liter. Tom. VII. p.* 86. *idque ex epistola aliqua tunc temporis a Fabio Benvoglienti ad Minum Celsum A.* 1547. *data probari posse censuerit; at nihil tamen mihi aliud inde demonstrari posse videtur, quam Læl. Socinum in epistolis familiaribus ad amicos exaratis, et hos vicissim ad ipsum scripturos ex compacto hoc nomine diu ante, quam libellus iste post fata auctoris in publicam lucem emitteretur, adscititio uti consuevisse.*

Liceat

(e) In Sylloge variorum opusculorum, Tom. I. Fasc. IV. p. 904.
(f) In Catalogo historico-Critico librorum variorum, p. 182. edit. II.
(g) In Bibliotheca selectissima p. 72.
(h) Cum ejus historia Crypto-Socinismi Altorfini recusas p. 185. sq.

Liceat vero mihi jam, salva reverentia beatissimo viro debita, hanc sententiam argumento omni luce clariori ac plane irrefragabili evertere, & demonstratum dare, librum istum LÆLIO SOCINO nullo prorsus jure adscribi posse. Nimirum cum MINUS CELSUS rei cujusdam mentionem instituat, quam aliquot demum post suprema LÆLII SOCINI fata annis contigisse indubitatum est, hic sane libri hujus auctor nullo modo dici potest. Ita autem ille (i) inter cætera: *Quodsi opponant, nobilem illam Bernatum Rempublicam Valentinum Gentilem capite mulctasse, non religionis causa id accidisse constat, sed quia, quum ea de causa ipsum indicta capitis mulcta proscripsissent, lege despecta in urbem reverterat. Qua in in re Bernates nihil aliud egerunt, quam suam legem servarunt. Narrata narro: & narrantibus fide dignis fidem adhibui. Sit tamen veritati locus.* Jam vero compertum est, VALENTINUM GENTILEM anno demum MDLXVI. d. IX. Sept. Bernæ capite truncatum esse, de quo singularis exstat historia, a BENEDICTO ARETIO literis consignata, ac Genevæ A. 1567. in 4. edita. LÆLIUM autem SOCINUM anno jam MDLXII. d. XVI. Maji in CONRADI PELLICANI domo Tiguri ad plures abiisse novimus. (k) Ab hoc igitur minime proficisci potuit liber, in quo illius supplicii, quadriennio post ejus mortem de VALENTINO GENTILI sumti, mentio habetur. Idem pronuntiandum quoque venit de SEBASTIANO CASTALIONE, A. MDLXIII. d. XXIX. Dec. Basileæ denato, quem alii ejusdem scripti auctorem esse perperam censent. Præterea MINUS CELSUS sæpenumero (l) ad JACOBI ACONTII Stratagemata Satanæ provocat, iisque multum

(i) In Sectione II. p. 124.

(k) Vid. SANDII Bibliothecam Anti-Trinitariorum p. 20. *JO. JAC. HOTTINGERI Helvetische Kirchen-Geschichte*, Tom. III. p. 791. *SAM. FRID. LAUTERBACH* de Ariano-Socinismo in Polonia, Cap. II. p. 51.

(l) v. g. Sect. I. p. 52. Sect. II. p. 111. b. Section. III. p. 177. b. sqq. 189. Sect. IV. p. 228. sqq.

multum tribuit. At illa primum in dias luminis auras Basileæ A MDLXV. atque adeo tribus demum post Lælii Socini obitum annis exiisse exploratum est. Ex ipsius autem ACONTII verbis (m): *Sunt jam anni plus minus quadraginta septem, quum cœpit Lutherus contra Romanam ecclesiam docere*: si ab anno MDXVII. sacrorum emendationis initia capiamus, illum anno circiter MDLXIV. in eo libro concinnando occupatum fuisse colligimus Hinc vero in propatulo positum esse existimo, LÆLIO SOCINO tanquam auctori adjudicari nequaquam posse librum, in quo opus, ipso jam extincto conscriptum, ac in publicam lucem emissum, crebro allegari conspicimus.

His ita comparatis, conjectura quoque illa D. ZELTNERI, τȣ̃ μακαρίτȣ, simul enervatur, qua, ut sententiam suam sartam tectamque conservaret, LÆLIUM SOCINUM in epistolis familiaribus ad amicos exaratis, & hos vicissim ad ipsum scripturos ex compacto MINI CELSI SENENSIS nomine, diu antequam liber iste post fata auctoris in publicam lucem emitteretur, adscititio uti consuevisse suspicatus est. Ac nullus dubito, quin beatus Vir eam ultro rejecturus fuisset, si suismet ipse oculis perspicacissimis lustrandi occasionem habuisset et epistolam illam FABII BENVOGLIENTI ad MINUM CELSUM datam, ad quam in Amœnitatibus literariis provocavi, et alteram illam ejusdem ad eundem scriptam, cujus mentionem suo loco faciam, vel aliorum etiam epistolas ad FABIUM illum exaratas (n), in quibus omnibus ne vola quidem atque vestigium alienati vel aliquantulum a sacris

(m) Libr. VII. p. 294. edit. Amstelod. A. 1652. in 12.

(n) v. g. Claudii Tolomei, p. 58. b. 234. 240. b. 246. 258. b. edit. Venet. A. 1596. in 8. Hac enim editione epistolarum ejus Italicarum, utpote emendatiori, jam utor. Conf. *Lettere familiari del Commendatore ANNIBAL CARO*, Vol. I. p. 265. edit. Aldinæ A. 1572. in 4. quæ *ANNIBALIS CARI* ad *FABIUM* epistola ex vetustiori editione repetita est tam in *LUDOVICI DULCIS* Epistolarum Italicarum Sylloge, typis *Gabrielis Joliti de Ferrara.* Venetiis A. 1555. in 8. excusa, p. 122. quam in *THOMÆ PORCACCHI Lettere di XIII. Uomini illustri*, p. 178. edit. Venet. A. 1576. in 8.

sacris Romanis animi comparet. Id vero inde didici, BENEVOLENTEM illum virum literis elegantioribus præclare imbutum, ac in pangendis carminibus, non Italicis duntaxat, sed Græcis etiam probe exercitatum, et A. 1548. ſpartæ alicujus in aula Romana nanciſcendæ cupidum fuiſſe.

In aprico hodie collocatum eſt, JOANNEM CALVINUM varia nomina fictitia, v. g. DESPEVILLEI, CAROLI PASSELII, JO. CALPHURNII, privatim ſibi indidiſſe, ut verum prægnantibus de cauſis occultaret, poſteaquam id CHRISTIANUS SIGISMUNDUS LIEBIUS, Vir, dum vitali frueretur aura, mihi amiciſſimus, in egregia Diatriba de *Pſeudonymia Jo. Calvini*,, in itinere ſuo literario Amſtelodami A. 1723. edita, luculenter ex Epiſtolis ἀνεκδότοις Bibliothecæ Ducalis Gothanæ evictum dedit. Verum enim vero adſcititia illa nomina iis tantum revelavit CALVINUS, qui cum ipſo in religionis cauſa conſentiebant, illaque in epiſtolis privatim datis vel ſibi ipſe indidit, vel ab amicis ſibi imponi propterea paſſus eſt, ne nomine ſuo prodito epiſtolæ illæ, ſi in alienas manus inciderent, ſibi pariter ac iſtis periculum crearent. Ad fidem itaque conjecturæ ſuæ conciliandam ſimili ratione b. D. ZELTNERO vel probandum fuiſſet, FABIUM BENEVOLENTEM in eadem cum LÆLIO SOCINO dogmata propendiſſe, vel luculento exemplo demonſtrandum, LÆLIUM aliquando in literis ad familiares datis fictum MINI CELSI SENENSIS nomen ſibi ipſummet indidiſſe, aut ab iis, eadem foventibus doctrinæ placita, imponi ſibi paſſum eſſe.

Quemadmodum vero extra omnem dubitationis aleam poſitum eſſe cenſeo, librum, qui MINI CELSI SENENSIS nomen in fronte gerit, nemini, ante annum MDLXVI. mortalium cœtui exemto, atque adeo neque LÆLIO SOCINO, neque SEBASTIANO CASTALIONI attribui poſſe: ita

quoque

quoque abs *TE*, *ILLUSTRIS CANCELLARIE*, evidenter demonſtratum eſt, nec opuſculum illud, quod VATICANI cujusdam animadverſiones contra libellum CALVINI, in quo oſtendere conatur, hæreticos jure gladii coërcendos eſſe, exhibet, vel LÆLIUM SOCINUM, vel SEB. CASTALIONEM auctorem agnoſcere. Permitte autem mihi, obſecro, ut, quæ aliquot jam abhinc annis ad eum librum notaveram eodem ſpectantia lectorum in gratiam hic inſeram. Sunt vero hæc:

Rariſſimus hic libellus ex bibliotheca b. JAC. FRID. REIMMANNI beneficio optimi e b. fratre nepotis, mihi cognominis, ad me pervenit. REIMMANNO auctor illius habebatur CASTALIO, uti videre eſt ex Catalogo ejus ſyſtematico-critico, Part. I. p. 1043. Conſentientem is habet præter alios SAMUELEM SORBIERIUM (o), cujus en verba: *Ce livre fut fait par Caſtellio, l'an* 1553. *après la mort de Servet, que Calvin, oubliant l'equanimité Chrétienne, et les perſecutions de Rome, fit brûler vif à Geneve. Les Remonſtrans ont fait imprimer ce livre en* 1612. *et il merite d'être lû attentivement.* A. 1554. pro 1553. reponi debere manifeſtum inde eſt, quod iſte CALVINI libellus anno demum 1554. publicæ luci expoſitus fuerit: prima enim ejus editio mihi in promtu eſt, in officina Roberti Stephani curata.

Sed falli REIMMANNUM palam eſt ex hujus opuſculi p. 76. (p) ubi hoc acerbum legitur VATICANI de CASTALIONE judicium: *Fuit in Jeſaja nativa, non arte quæſita eloquentia, quæ ab ea, quam iſti affectant, tantum differt, quantum boneſtæ matronæ pulchritudo a meretricis fuco. Sed volunt iſti miſcere ſacra prophanis. Sic fecit antea SEBASTIANUS CASTALIO, qui in præfatione in Moſen ſuum Latinum Moſi tribuit omnes artes, quas Homero tribuerat ante Plutarchus, et ad id magno apparatu, quaſi præclarum*

(o) In Sorberianis p. 50. ſq. edit. Paris. A. 1694. in 12.
(p) Paginarum numerum, qui deſideratur in editione Belgica, ſuo, nunc meo exemplari manu ſua appinxit b. REIMMANNVS.

clarum aliquid facturus, utitur: quasi vero non scripserit impulsu divino Moses, nulla prorsus ullius artis habita ratione. ***Sed homines leves omnia trahunt ad institutum suum, et ut humanas artes (quarum sunt discipuli) evehant, eas sacris autoribus admiscent, ut tanquam lethales muscæ odoriferum sacri eloquii unguentum contactu suo inficiant.*** Ecquis vero CASTALIONEM de semetipso tam contumeliose judicasse sibi persuadeat? Miror igitur, hunc libellum ipsi tanquam auctori adscribi non a Reimmanno tantum aliisque, sed ab ipso etiam illius editore Belgico in præf. p. 4. et admonitione ad lectorem p. 195. Haud equidem ignoro, CASTALIONEM tam generatim capitalia hæreticorum supplicia, in dedicatione Latinæ suæ Bibliorum translationis ad EDUARDUM VI. Britanniæ Regem, alibique improbasse, quam speciatim infelicis Michaelis Serveti combustionem atro carbone notasse, quod, si aliunde non constaret, ex libello ejus de calumnia (q) clarum testatumque foret. In capite enim XXI. (r) ubi refellere se ait Scribas & Pharisæos, qui legem Mosis perperam citent de occidendis hæreticis, ita sermocinatur: *Scio multa a Scribis et Pharisæis contra hæc dici solere; dicunt eos, quos ipsi accusant, esse hæreticos: quid ni dicant? Et Judæi dicebant, Christum esse blasphemum, et Samaritanum, et dæmoniacum, et impostorem. Quicunque enim alios ob religionem persequuntur, eos infami aliquo nomine denigrant, quoniam angelus Satanæ transformat se*

C in

(q) Exstat hic libellus inter SEB. CASTELLIONIS *scripta selecta et rarissima*, Francof. A. 1696. in 8. recusa, quæ olim FELIX TURPIO URBEVETANVS, sive, qui sub hac larva se occultavit, FAUSTUS SOCINUS Senensis Aresdorfii A. 1578. edidit. Prodiit quoque olim seorsim hic libellus ἀνωνύμως h. t. *Anti-Inquisitor contra calumniam et calumniatores veteres et modernos authores et fautores perniciosissimi belli inter Christianos*, sine loci et anni nota: quod ex αὐτοψίᾳ nos edocuit Clar. SAM. ENGEL in *bibliotheca selectissima* p. 70. sq.

(r) Pag. 473. sqq. conf. Cap. XVIII. p. 458. etc.

in angelum lucis, suisque tenebris angelo lucis obstruit, ut bonum malum, et malum bonum esse videatur. Sed fingamus esse hæreticos, ne sic quidem sunt occidendi. Adducunt illi quidem multa ex lege, inepte, et nihil ad rem pertinentia, ex quibus unum est quod maxime decipit homines, ideoque a nobis mox refelletur, si prius hoc in universum dixerimus, eos injuste facere, qui Christianos secundum legem Mosis vivere volunt. Hac enim ratione nos oportet circumcidi (qui primus in legem Mosis ingressus est) et toti legi obedire, rejecto Christo, qui nos a jugo legis liberavit. Nunc illi reliquis tot legibus et institutis omissis, unam legem quasi de occidendis hæreticis citant, et eam falso. Non enim de hæreticis, sed de falsis prophetis scripta est. Ea autem in quinto libro Mosis sic habet, Deut. 13. *„Si quis apud vos aut vates, aut somniator extiterit, qui vo- „bis signum aliquod aut prodigium edat, idque signum aut prodigium vo- „bis ab illo prædictum evenerit, et tamen idem vos cohortetur ad Deos „alienos, vobisque ignotos, sequendos, colendosque, nolitote illius aut va- „tis orationi, aut somniatoris obtemperare somnio, sed illum occiditote.„ Hæc illi citant ex Mose ad occidendos hæreticos, in quo inepte faciunt. Nam qui pro hæreticis ab illis habentur, non sunt vates, neque somniatores, neque signa aut prodigia edunt, quæ eveniant, neque ad peregrinorum Deorum cultum homines adhortantur; itaque in eos lex illa nulla ex parte quadrat; ex quo perspicuum fit, quam nihil rationis habeant isti accusatores, qui tam aliena lege niti velint: et quam calumniosi sint et malitiosi, qui legem ita torqueant. Quid quod quo vos facilius decipiant, non totam legem, sed legis partem citant? Sic enim scriptum est in eodem illo capite. „Si audiveritis in aliquo vestrorum oppidorum, quæ vo- „bis Jova Deus vester ad habitandum dederit, extare aliquos ex vobis „perditos homines, qui suos incitent cives ad colendum Deos alienos, et „vobis ignotos, inquiritote, perscrutamini, sciscitamini diligenter. Quod „si rem veram atque certam, et scelus apud vos commissum deprehende- „ritis, illius oppidi habitatores ferro trucidatote, et oppidum et oppida- „na omnia, ipsaque adeo pecora, ferro corrumpitote, omnique præda in „medium ejus forum congesta, oppidum una cum universa ejus præda*

„Jovæ Deo vestro prorsum comburitote, idque sempiternum, nec unquam „instaurandum rudus esto, neque quicquam de illa devota præda mani- „bus vestris inhæreto.„ Hæc Moses, quæ si sequenda sunt, vos peccatis, qui hæreticorum (quos illa lege comprehendi volunt vestri sapientes) oppida cum habitatoribus et pecoribus non comburatis, et solo coæquetis, peccatis et in eo, quod præda illa vestris manibus adhæret. Scimus enim quænam soleant esse bonorum hæreticorum confiscationes, scimus et in illa ipsa urbe, ex qua prodierunt duo de occidendis seu puniendis hæreticis libri, non esse combustam prædam cum eo, quem hac lege (ut ipsi volunt) combussere vivum. Neque enim catena aurea, quam ille collo suspensam habuerat, neque coronati cremati sunt, sed tractantium manibus hæserunt. Licet vero et Serveti supplicium et Calvini Bezæque defensionem minime probaverit, VATICANI tamen animadversiones ex ejus calamo profluxisse quo minus credam, ipsum illud ignominiosum de CASTALIONE judicium, iis insertum, prohibet.

Præclaræ Vir doctrinæ, SAM. ENGEL (s) post alios LÆLIO SOCINO hunc fœtum tribuit. At enim vero huic sententiæ obstare mihi videntur, quæ de ipso ex quadam ejus epistola Genevam ad amicum scripta, p. 23. hisce verbis commemorantur: *Lelius quidam Zosinus* (sic SOZINI nomen mendose expressit editio Belgica) *literas Genevam misit ad amicum suum, in quibus scribebat, Abelis sanguinem conqueri ad Deum, et fore, ut Cainus non inveniret pacem in terris.* Hanc equidem animo eum suo fovisse sententiam tantum abest, ut inficier, ut potius pro certo habeam. Fortassis etiam in amici sinum illam effudit. Sed inscio ac invito ipso propalatam esse, mihi nullum est dubium. Dum enim viveret, bonus ac orthodoxus viderit voluit CALVINO, BULLINGERO, MELANCHTHONI, aliisque, quibus callidus simulator mire imposuit. Audiamus de ipso Theologum magni nominis Tigurinum, JOSIAM SIMLERUM, cui

(s) l. c. p. 71.

cui frequens cum eo erat consuetudo (t): *Lælius mihi dum viveret familiariter notus, et ut multis aliis bonis viris, amicus fuit. Tiguri diutissime vixit, et vitam apud nos finiit: ac sæpe quidem quæstiones obscuras atque etiam curiosas de variis partibus Christianæ doctrinæ proposuit, quod tamen discendi causa a se fieri dictitabat; hæc vero quæ nunc sub ipsius nomine circumferuntur nunquam apud quenquam nostrorum asseruit, imo nihil tale repertum fuit in illius scriptis, quæ paulo diligentius et accuratius ab eo conscripta sic ut legi possent certi homines e numero ministrorum inspexerunt. Sunt quoque complures, qui sæpe illum dicentem audiverunt, Lælium semper discipulum nunquam doctorem fore, neque facile quenquam eum affirmantem aliquid controversum auditurum esse. Jure igitur dubitari potest, fuerit nec ne horum dogmatum auctor, quæ sub illius nomine sparguntur, atque ut maxime fuerit, quam potest is doctor auctoritatem habere, qui nunquam dum viveret suam sententiam publice profiteri ausus fuit?* Ita igitur homo ad fraudem acutus inter eos, quibuscum multus illi usus intercedebat, se gessit, ut præclare de eo existimarent viri etiam prudentissimi, ac in religionis causa nequaquam tepidi.

Haud me fugit, JO. CALVINUM, perspicacissimi virum ingenii, aliquando portentosis illius sciscitationibus nonnihil offensum fuisse. Literas, hujus indignationis testes ipsis Kal. Jan. A. 1552. exaratas, PAULUS COLOMESIUS censuit dignas, quas cum aliis Clarorum Virorum epistolis singularibus in lucem revocaret (u) Sed rursus delinitum fuisse deinceps illum hominis vafricie, elucet ex amica responsione ad nonnullas ejus quæstiones A. 1555. Nonis Junii scripta (x)

Eo

(t) In præfatione, Assertioni orthodoxæ doctrinæ de duabus naturis Christi præmissa, p. 4

(u) Leguntur in operum P. Colomesii editione, ab J. A. FABRICIO Hamburgi curata, p. 504.

(x) Quæ exstat inter JO. CALVINI Epistolas et Responsa, p. 314. sqq. edit. Genev. A. 1575. in fol.

Eo ipso anno HENRICUS BULLINGERUS a JULIO MEDIOLANENSI, Ecclesiæ Pesclaviensis in Rhetia Ministro, monitus, LÆLIUM SOCINUM CAMILLO RENATO, Anabaptistarum coryphæo (y), dedisse manus, Trinitatem non agnoscere, aliaque prodigiosa fovere dogmata, ita ab eo, causam suam perorante, et confessionem quoque fidei edente, fuit mitigatus, ut non modo illum apud se purgatum haberet ab omni mala suspicione, sed et apud alios sinistre de ipsius fide suspicantes strenue excusaret (z), imo A. 1558. eum in Poloniam abeuntem, ceu veræ religionis amantem, JOANNI A LASCO enixissime commendaret (a).

Pariter subdolus ille veterator ab A. 1550. amplius triennio Wittebergæ cum PHILIPPO MELANCHTHONE familiariter vixit, ac optimi Viri bonitati ita illusit, ut eum deinde tribus in literis, Kal. Decembr. A. 1557. ad Augustissimum Romanorum Regem MAXIMILIANUM II. Potentissimum Poloniæ Regem SIGISMUNDUM AUGUSTUM, ac SEBASTIANUM PFAUSERUM, Maximiliani II. concionatorem aulicum ex urbe Vangionum, sive Wormatia datis, eximiis ornaverit laudibus, tanquam virum, Deum recte colentem, et divinitus ad veri Dei invocationem tractum, cujus consuetudo propter eruditionem, pietatem, prudentiam et integritatem in omni officio sibi fuerit gratissima, cujusque hæc inprimis virtus sit

 digna

(y) De quo, turbisque ab eo in Ecclesia Rhetica excitatis vid. IO. JAC. HOTTINGERI *Helvetische Kirchen-Geschichte*, Tom. III. p. 761. et 789. Doctiss. FUESLINUS epistolam ejus ad HENRICUM BULLINGERUM A. 1547. datam publicavit in collectione mox citanda, p. 252. sqq.

(z) Egregia monumenta huc pertinentia vid. in JO. HENR. HOTTINGERI Histor. Eccles. sæculi XVI. Part. V. p. 417. sqq. et in Centuria I. Epistolarum ab Ecclesiæ Helveticæ Reformatoribus vel ad eos scriptarum, quas Clar. JO. CONR. FUESLINUS edidit, p. 353. sqq.

(a) Conf. easdem Reformatorum Epistolas, p. 413.

digna laude, quod a furiofis et fanaticis opinionibus alienus exiftat (b).

Quorfum vero hæc omnia? nifi, ut demonftrem, animadverfiones VATICANI contra Calvini libellum LÆLIUM SOCINUM auctorem non agnofcere. His quidem ille inter reliqua verbis aliquando ad HENR. BULLINGERUM, rationem fidei ab eo repofcentem, ufus eft (c):

Ego ignoro, fi quid unquam dixerim, cujus gratia haberi debeam pro Servetano aut Anabaptifta, nifi id forte fit, quod Genevæ agens, dixi, mihi non placere, quod Servetus derepente fit extinctus. Cæterum id non dixi, quod nolim prorfus coërceri hæreticos et homines blafphemos, aut quod doctrinæ Servetanæ faveam, quam velim extinctam: fed potius cum improbem pravam illius doctrinam, hac ipfum liberari, quam in ipfo concremari maluiffem. Hoc tamen mihi perfuadere nequeo, hominem, ALTINGIO in Theologia hiftorica recte judicante, adeo tecti et hypocritici ingenii, ut deprehendi non potuerit, mordax illud judicium, quo SERVETUM *Abeli*, CALVINUM *Caino* comparavit, quodque forfitan in amici finum effudit, ipfummet divulgaffe, atque in ora populi mififfe. Haud fane tam obefæ naris fuit vir ifte, aftutam fervans fub pectore vulpem, ut, fi illud in vulgus fparfiffet, fe omnem Calvini, Bullingeri, Melanchthonis aliorumque gratiam, quam tamen fibi conftanter fervare omni nifu ftuduit, hoc pacto perditurum, fummamque eorum indignationem in fe provocaturum, ipfi non facile fuboluerit.

Sed hifce miffis, nunc ad noftrum MINUM CELSUM SENENSEM propius accedo, quae de illo e variis fcriptis, non

(b) Vid. PH. MELANCHTHONIS Epiftolarum Tomum Elzevirianum, p. 2. feqq. et 369. quam infignem ac perraram collectionem nos ftudio FRIDERICI SPANHEMII debere, ex epiftola Gallicana PAULI COLOMESII ad JUSTELLUM p. 807. edit. Fabric. auguror. Conf. b. ZELTNERI Hiftoriam Crypto-Socinismi Altorfini, p. 349. et JOACH. CAMERARII vitam Philippi Melanchthonis, p. 332. edit. Hag. A. 1655. in 12.

(c) Vid. JO. HENR. HOTTINGER. 26. c. p. 419.

non ubique obviis, eruere interim mihi licuit, commemoraturus. Primam CELSI cujusdam ea ætate mentionem injici deprehendi a JO. MATTHÆO GIBERTO, Epifcopo Veronenfi, in duabus epiftolis Anno MDXXXII. menfe Augufto et Octobri ad JOANNEM BAPTISTAM MENTEBOUNA exaratis (d), quarum in una fcribit: *Vi prego a bafciar i fanctiff. piedi del Padrone, et ringratiar con altrettante raccomandationi il mio M. Carlo Palone, M. Celfo, et tutti li voftri.* In altera autem: *Al mio M. Carlo Palone, et a M. Celfo, et a Monf. Soranzo fenza fine mi raccomando, et bafcio li fanctiffimi piedi a N. S.* Quum vero in utroque loco prænomen MINI expreffum haud fit, definire non licet, an huic vel alii CELSO commendatum fe voluerit Præful Veronenfis. Plures enim tunc temporis vixere, hoc cognomine gavifi. In epiftolis Italicis CLAUDII TOLOMEI exftat una ab eo ad JOANNEM CELSUM A. 1543. d. 17. Jul. Romæ fcripta (e): alia vero in epiftolis *Pauli* MANUTII ad *Petrum* CELSUM Vicetiam absque die et confule miffa (f). *Marii* cujusdam CELSI Cofentini epigramma in laudem *Henr. Corn.* AGRIPPÆ habetur inter alia Carmina, hujus operibus annexa. Hinc autem, ifto ævo in Italia familiam CELSORUM floruiffe, difpalefcit.

Noftri

(d) Vid. *le Lettere di tredici huomini illuftri*, quas edidit DIONYSIUS ATANAGI Venetiis A. 1554. in 8. Lib. IV. p. 75. In editione autem multum locupletiori, a THOMA PORCACCHI Venetiis A. 1576. curata, leguntur illæ literæ p. 61. fqq. In promtu mihi eft rariffimus PETRI PAULI VERGERII libellus, hoc titulo A. 1555. in 8. ἀνωνύμως evulgatus: *Giudicio fopra le Lettere di tredeci huomini illuftri publicate da M. Dionigi Atanagi et ftampate in Venetia nell' Anno* 1554. In transcurfu hic obfervo, licet Porcacchiana editio priori fit multum locupletior, omiffum tamen in ea effe integrum librum octavum, qui M. ANTONII FLAMINII epiftolas, optima fruge pleniffimas, complectitur. Refectus vero etiam eft in meo exemplari primæ editionis idem liber inquifitoris male feriati forficula. Apparet hinc quam invifum ea tempeftate fuerit in Italia optimi FLAMINII nomen, fempiterna memoria dignum.

(e) Lib. II. p. 67.

(f) Lib. IV. Epift. XXXIV. p. 263. edit. a *Jo. Gottl.* KRAUSE Lipfiæ A. 1720. curatæ.

Noſtri vero MINI CELSI nomen primum reperi in literis a *Claudio* TOLOMEO Romæ A. 1543. Kal. Junii ad *Alexandrum* BELLANTEM Senenſem datis (g). En *TIBI, REVERENDISSIME PRÆSUL*, ipſa ejus verba: *Se M. Mino Celſi verrà a Roma, li farò tutto quelle grate accoglienze che me ſi potranno indottovi dall' uſanza mia, tiratovi dalle virtù ſue, sforzatotovi dalle raccomandation voſtre, certo a me ſarà ſommo piacere d' bonorar me ſteſſo facendo conto di lui.* Fuit autem BELLANTUM familia una ex primariis civitatis Senenſis, nobilitate, potentia ac opibus florentiſſima. Pro *Antonio* BELLANTE, Petrini Filio, coram judicibus Reip. Senenſis contra adverſarios feroces ac improbos cauſam dixit, eumque ex præſente periculo ſubduxit vir optimus ac diſſertiſſimus AONIUS PALEARIUS. Oratio tunc habita ſecundum locum inter reliquas ejus elegantiſſimas orationes occupat (h). Num Alexander Antonii fuerit frater, vel quo cognationis gradu ipſum attigerit, dicere non habeo. Utrumque vero uni eidemque ſtirpi debuiſſe ſuam originem, non eſt, quod dubitem. CELSUS igitur noſter pariter ac PALEARIUS (i) nobiliſſimæ BELLANTUM genti amicitiæ et fidei nexu erant oſtricti: quod cur hic annotemus, ex ſequentibus apparebit.

Quod ad epiſtolam illam FABII BENVOGLIENTI ad MINUM CELSUM A. 1547. d. 15. Sept. exaratam, e qua ipſum cognoſcere olim mihi licuit, ſpectat, nunc demum animadverti, eam dedicationis loco ad noſtrum CELSUM fuiſſe ſcriptam, ac editioni Epiſtolarum Italicarum *Claudii* TOLOMEI, eodem anno Venetiis in quadrifariam complicata forma ex celebri officina *Gabrielis Gioliti de Ferrari* ſtudio FABII publicæ luci expoſitæ

(g) Lib. II. p. 61. b.
(h) Vid. Wetſtenianam PALEARII operum editionem, p. 46. ſqq.
(i) Vid. præter laudatam orationem etiam illam, quam pro ſe ad patres conſcriptos Reip. Senenſis compoſuit quidem, ſed non recitavit. p. 73. ſqq. Add. PALEARII epiſtolas ad *Fauſtum* BELLANTEM, Antonii Filium, hujusque ad illum p. 466. ſqq.

positæ, præmissam: unde MINUM nostrum spectatæ auctoritatis virum, magnique ab ipso fuisse habitum patescit. De hac rarissima editione ita *Nic.* HAYM (k): *L'Edizione la più curiosa di queste lettere, è quella del Giolito* 1547. *in* 4. *ov'è la destinzione delle lettere per formar la pronuncia; e furono publicate a competenza del Trissino, che avea date fuori le sue opere con le nuove lettere alfabetiche.* Hanc editionem, inconsulto Tolomeo, ob epistolarum elegantiam rerumque varietatem curandam suscepisse præ se fert FABIUS, ac instituti sui rationem MINO CELSO in illa nuncupatione reddit, cujus initium finemque huc transferre haud piget (l): *Jo ho preso cura e fattoci diligenza, M. Mino, di raccorre alcune lettere di M. Claudio Tolomei, e parendo cose degne d'esser uedute e lette da ogniuno, mi sono affaticato poi di farle stampare, il che non so quanto li sia per essere in grado, sapendo io molto bene, come egli sia poco uago d'andare in istampa, conoscendolo molto lontano di così fatte ambitioni. Di poi il uedere queste lettere poco emendate e reuiste, e niente riordinate da lui. Aggrauaua molto piu il rispetto di prima, oltre ch'egli stima questa materia tanto leggiera, che non gli par meritarne laude alcuna, come d'opera, ne la qual (come esso dice) non sia ne bella inuentione, ne rara dottrina. Per tutte queste cagioni, dico, ch' io non so quanto sia per esser cosa grata a M. Claudio, che queste lettere si diuolghino. Di che a la fine non mi son curato molto, perciochè se bene stampandole fo dispiacere ad uno spero da l' altra parte far grandissimo piacere, e utilità a molti altri, antiponendo in questo l' util publico a un poco di dispiacere priuato. Ne m'è paruto buon partito, per un poco di tristo, se punto u' è, di lasciar andare indietro tanto buono, il che non impedirà (credo) ne offenderà i lettori, come ancora ne in un bel campo pieno di uarii fiori disturba il uederui mescolato un poco d'ortica, o di triboli. Che più? essi potran*

D

(k) *In Biblioteca Italiana, o sia Notizia de libri rari nella lingua Italiana*, p. 155. edit. Venet. A. 1728. in 4.

(l) Vid. *Delle Lettere di M. Claudio Tolomei*, *Libr. VII.* p. 287. b. edit. Venet. A. 1596.

potràn fare come ſi dice uniuerſalmente de l'ape. appigliarſi al buono, poſto da parte il triſto, ſe pur ue ne trouaranno. L' aſpettar ch' egli l' emendaſſe era buono, quanto pur egli qual che uolta l' haueſſe fatto, e ſo molto ben quanto piu chia re, quanto piu nette, e piu eſpedite ſarebbena uſcite fuore, s'egli l'haueſſe riuedute, e ripurgate. Ma conoſciuta parte la natura ſua, e parte, conſiderati gl' impedimenti, che gli s'attraverſano, ho giudicato eſſer manco male hauerte in qualche modo, che perderle affato. His præmiſſis, deinde de ſingulari orthographia Claudii Tolomei, in iſthac editione obſervata, exponit, et quarre in epiſtolarum ſerie temporis materiarumque ratio non ſit habita, excuſare ſatagit, hanc tandem dedicationi coronidem imponens: *Non ci ſon meſſe in queſto volume lettere di facende, perche non è coſa ragionevole, che ſi paleſino i ſegreti altrui, e ſi ſono per lo mediſimo riſpetto occultati molti nomi, per non offender l'honore o l'animo d'alcuno. Si ſono ancora in alcuni luoghi intrapoſti diſcorſi, il che par materia molto loutana da le lettere famigliari; e ciò ancora non s'è fatto ſenza buona ragione, perche ne le lettere è libero ſcriver d'ogni coſa, diche ſiam domandati, di quello ch' ad ogni hora parliamo a bocca. Ma di tutte queſte coſe è detto troppo. Leggede queſt' opera M.* MINO *per hora, come uno antipaſto de l'altre coſe maggiori, ch'egli apparecchia ogni dì, non ſolo appartinenti a la lingua Toſcana, ma ancora a i governi de li ſtati, e politiche contemplationi; e leggendola dite ſicuramente tra voi quel verſo del Petrarca.*

Del preſente mi godo e meglio aſpetto.

Reſtate felice.

Interea temporis alia inſuper ejusdem epiſtola ad MINUM CELSUM ſine die et conſule ſcripta meis ſe oculis in eximia atque perrara epiſtolarum Italicarum ſylloge, quae quatuor tomis comprehenſa laudabili *Bernhardini* PINI diligentiæ fertur accepta, obtulit (m). Exara-

(m) *Nuova Scelta di Lettere di diverſi nobiliſſimi Uomini ſcritte in diverſe materie,*

Exarata illa videtur A. 1548. vel 1549. Colligo id ex literis *Annibalis* CARI ad *Fabium* BENVOGLIENTI A. 1548. d. 25. Febr. Senas datis (n), e quibus hæc verba decerpo:

Quanto a l' accommodarui hora a Roma, mi par difficilissimo in assenza vostra, poi che riesce difficile per quelli, che ci sono presenti. Qui concorrono (come sapete) infiniti, che cercano il medesimo; i tempi sono scarsi; i Signori vanno assegnati, et fanno come una notomia de servitori di momento, prima che gli piglino. Sopra tutto gli vogliono vedere, et informarsi di loro minutamente, perche non crediate, che basti la relatione solamente di noi altri. La virtu vostra e ben tale, che meritar este d' esser chiamato di piu lontano, che non siete, et noi per tale vi proponiamo. Ma io vi risoluo, che bisogna, che voi siate qui. Si che venite, se potete, che presto vi chiarirete ancor voi del proceder di Roma. In tanto non mancheremo noi de l' offitio nostro. et non facendosi piu che tanto; imputatelo a la difficoltà, ch' io vi dico.

Proxeneta igitur CARO FABIUS, Senis tum degens, Romæ muneri alicui præfici gestiebat; voti vero eum sui jam tunc damnatum fuisse, elucet ex epistola ad MINUM CELSUM exarata, in qua ipsi nunciat; se in comitatu PAULI Pontificis, qui animi gratia deambulatum iverat, tamquam ejus umbram in villam Luculli pervenisse, eamque dein graphice describit. PAULUS autem III. de quo sermo esse videtur, A. 1549. mense Nov. in fata concessit. Dabimus et hujus epistolæ principium atque clausulam. *Il dispiacer, ch' io ho havuto della vostra malattia, e stato cagione di farmi gustar meno il piacere, ch' io presi nella vista del Tusculano a questi giorni; la doue andai per fare un poco d' ombra (che altro non posso dir di me) a* PAPA PAOLO; *il quale era ito a spasso per ricrearsi li vicino. La commodità del luogo, e la volontà ci trasporto fino ad una villa chiamata hoggi la Maddalena; la qual dicono esser quella*

rie, con un discorso della commodità dello scrivere di BERNARDINO PINO. *In Venezia. A. 1574. in 8. Libr. IV. num. 104. p. 192. sqq.*

(n) *Vid. Le Lettere familiari del Comendatore* ANNIBAL CARO *Vol. I. p. 265. sq.*

propria di LUCULLO, *Noi lo credemmo volontierri, prima perche esso Lucullo (comme scrive Plutarco) hebbe una villa nel Tusculano celebratissima: dipoi perche si vede una parte della cose, che dicon gli antichi essere state fatte da lui; la terza per l' affettione, che portavamo a Lucullo, mossi dall' infinite laudi dateli da gli scrittori. Piacqueci ancora un' altra congiettura del vedersi li un luogo a canto, doue dicono che fu sepolto. Ne è dubbio, che dopo la morte egli fusse portato là da suo fratello. Hora per ragionarui di questo luogo; dico ch' esso ha tutte le bellezze, che si posson mai desiderare, e domandare, etc.*

Tantum autem suavitatis villæ illius descriptio habet, ut lectorem mira ejus lustrandæ cupiditate veluti inflammet. Denique epistolam ita finit: *Stemmo in Tusculano due Giorni con molto piacere, vedendo, e contemplando queste maraviglie, ma maggior l' hauerei havuto, se ci fuste stato voi; o non essendoci, non hauessi volto il pensiero alla vostra malattia: la quale intendo tutta via mitigarsi, e farsi minore. M' era scordato dirvi, che volendo edificarvi il patron della villa una bella casa, e facendone il disegno un' architetto, s' affrontò l' ingegnoso artefice, di far la pianta al medesimo modo, che fece Lucullo nella sua. Attendete astar sano; et avuisatemi tosto il fin del vostro male.*

Nunc nihil amplius de MINO CELSO mihi, quantumvis enixo studio ruspanti, occurrit ad illud usque tempus, quo religionis causa patriis exul ab oris, concessit in terras alio sub sole jacentes, quod anno demum, MDLXIX. vel sequenti contigisse infra demonstratum ibo. Interim vero, quantum conjectura consequi licet, exponam, quibus ille ducibus potissimum de doctrinæ evangelicæ veritate convictus fuisse videatur. Lucem ei præcipue prætulisse suspicor BERNARDINUM OCHINUM et AONIUM PALEARIUM. Ille patria erat Senensis, adeoque in eadem civitate cum Mino natus; in tanta autem fuit, teste ex adversariis ipso FLOREMUNDO RAEMUNDO(o) exisii-

(o) In Historia de ortu, progressu ac ruinis hæresium XVI. sæculi, Lib. III. Cap. V. 9. IV. p. 247. edit. Col. A. 1717.

existimatione, ut unus optimus totius Italicæ concionator haberetur, ut qui admirabili quadam quum actione tum linguæ facundia auditorum animos, quocunque vellet, raperet, ac tanto magis, quod vita doctrinæ consonaret. Quanta eloquentia ac virtute de rebus divinis ad populum dixerit, si alia deessent testimonia, vel solum PETRI BEMBI Cardinalis manifestum faceret. Is VICTORIAM COLUMNAM, præstantissimam fœminam, ac FERDINANDI DAVALI Marchionis Piscariensis conjugem, literis d. VI. Apr. A. MDXXXVIII. Romam scriptis (p) vehementer rogavit, ut Ochinum, apud quem plurimum valeret, ad conciones sacras Venetiis anni sequentis tempore, quo quadraginta dierum jejunium Christi ecclesia recolit, habendas suis precibus permoveret. Voti autem sui compos redditus, A. MDXXXIX. d. XXIII. Febr. ita ad illam (q): *Mando a V. Illustriss. S. le allegate del nostro molto Rever. Frate Bernardino: il quale io ho udito cosi volentieri tutti questi pochi di della presente quadragesima; che non posso a bastanza raccontarlo. Confesso non hauere mai udito predicar piu utilmente ne piu santamente di lui. Ne mi maraviglio, se V. S. l' ama tanto, quanto ella fa. Ragiona molto diversamente et piu Christianamente di tutti gli altri; che in pergamo sian saliti a miei giorni; et con piu viva charità et amore, et migliori et piu giovevoli cose. Piace a ciascuno sopra modo. Et stimo che egli sia per portarsene, quando egli si partirà, il cuore di tutta cita seco. Di tutto cio si hanno immortali gratie a V. S. che ce l' hauete prestato. Et io piu che gli altri ne le sentirò eterno obligo. Non sono potuto rimanermi di diruene queste poche parole.*

Die vero XV. Martii, cum jam in purpuratorum Romanæ ecclesiæ patrum ordinem a Paulo III. fuisset adscitus, de eodem hunc in modum scribit (r): *Ragiono con V. S. come ho ragionato, questa matti-*

(p) Vid. *delle Lettere di M. Pietro Bembo* Quarto Volume, Part. I. p. 98. edit. Venet. A. 1552. in 8. ubi inter cætera scribit: *Tutta questa cittadinanza aspetta d' udirlo infinitamente volontieri.*

(q) L. c. p. 98. sq.

(r) L. c. p. 100. sq.

mattina col Rever. padre Fratre Bernardino: a cui ho aperto tutto il cuore et pensier mio: come harei aperto dinanzi GESV CHRISTO: *a cui stimo lui essere gratissimo et carissimo: ne a me pare hauer giami parlato col piu santo huomo diu lui. Sarei hora in Padoua, si per che ho fornito una bisogna, che m' ha tenuto qui piu d' uno anno continuo: et si per fuggir le dimande et i ragionamenti, che mi sono tutto 'l di fatti da questi gentili huomini et amici miei et parenti sopra questo benedetto Cardinalato: se non fosse, che io non voglio lasciar d' udire le sue bellissime et santissime et giovevolissime predicationi: et ho deliberato starmi qui, mentre ci starà egli.* Ac die IV. Apr. (s) *Il nostro Frate Bernardino: che nio il voglio da hora innanzi chiamare alla parte con voi: e hoggimai adorato in questa città. Ne ci è huomo ne donna; che non l' alzi con le laudi fino al cielo. O quanto vale, o quanto diletta, o quanto giova. Ma mi riserbo a parlar di lui con V. S. a bocca. Et ancho ho pensiero di supplicar N. S. ad ordinar la sua vita di maniera; che ella possa bastar piu lungamente ad honor di* DIO *et Giovamento de gli huomini: che ella non è per bastare, così duramente gouvernandola, come egli fa.*

Sed ipsum etiam Annalium Ordinis Capucinorum, quos nuncupant, quorumque generalis præpositus erat OCHINUS, conditorem *Zachariam* BOVERIUM (t) de ipso audire fortassis non ingratum fuerit: *Avendo F. Bernardino da Siena governato, la religione con molta lode, et utile dell' osservanza regolare: essendo in oltre tanto insigne nella forza del dire, e nell' eloquenza, massime aggiuntavi la gravità, e la piaceuolezza de' costumi, e l' austerità dell' abito, e della vita, che cagionava movimenti maravigliosi negli animi de gli ascoltanti: s' acquistò gran credito tanto nelle menti de' Frati, quanto de' Prencipi, e de' Regi; e tanto poteva il suo grido, et autorità appresso tutti, che l' istesso Pontefice, molto l' onorava, e molti grandi si valevano del suo*

(s) L. c. p. 101. sq.
(t) Vid. *Annali de' Fratri Minori Capuccini composti dal* P. *Zaccaria* BOVERIO *da Saluzzo, e tradotti in volgare dal* P. F. *Benedetto* SANBENEDETTI *da Milano. Tom. I. ad* MDXL. *p.* 411. *edit. Venet.* 1643. *in* 4.

suo consiglio nelle cose piu difficili, e di maggiore importanza. Celebrato da tutti per uno de gli eminentissimi Predicatori di que' tempiera tanta la moltitudine delle città, è de' Prencipi, che lo desideravano, che se alcuno voleva godere delle sue prediche, gli conveniva chiederlo, et ottenerlo dal Papa. Avena tanta eloquenza; e con la forza delle sue prediche, fauorendolo il Signore, operava maraviglie sì grandi, che le Chiese più ampie, e magnifiche erano picciole alla moltitudine de' Popoli, che da tutte le parti concorrevano ad udirlo: si che bisegnava fare i palchi ne' Tempii, ove predicava, e molti saliti sopra i tetti levate le tegole si facevano strada per entrar nelle Chiese à sentirlo.

Predicando quest' anno in Perugia, fu favorito dal Signore di tanta gratia, e fervore nel dire, e fu si grande il concetto ne' Popoli della sua santità, che tutti gli odii, e tutte le inimicitie, benche invecchiate; dalla forza delle sue prediche furono cacciate in bando dalla Città. In Napoli parimente avendo raccomandata dal pulpito un' opera pia à gli ascoltanti, in una sola cerca gli furono offerti in elemosina cinque milla scudi, co' quali si die de principio, e fine all' opera.

Neapoli autem eum cum JO. VALDESIO, Hispano (u) quem unum e primis Lutheranismi in regno Neapolitano statoribus appellat *Petrus BAELIUS*, intimam contraxisse amicitiam, idem *BOVERIUS* testis est (x), a quo in purioris doctrinæ agnitione fuit vel initiatus vel confirmatus, ac illam deinde aliis quoque instillavit, quod ex PALEARII verbis (y) colligo: *Integerrima vita et admirabili vir BERNARDINUS OCELLUS Senensis, cum ex lege non esse justitiam, sed per Jesum Christum superioribus annis evangelice et apostolice doceret, et vos ob id ipsum Italia expulissetis, appellavit Pontifices Romanos Antichristos.*

Quin

(u) De quo vid. ni grave sit, quæ Tom. II. Amœnitat. Hist. eccles. et lit. p. 47. sqq. disserui.
(x) L. c. p. 414.
(y) In Actione in Pontifices Romanos et eorum asseclas, p. 67. edit. Vœgelin.

Quin imo BOVERIUS (z) de ipſo, cum iterum A. 1542. Venetias ad ſermones ſacros in Quadrageſima, uti nominant, habendos vocatus eſſet, hæc refert: *Giunto à Venetia predicando la Quareſima nella Chieſa de' Santi Apoſtoli communemente ſtimata la più inſigne di tutta quella nobil Città; concorrendovi i Popoli da tutte le parti in gran numero per aſcoltarlo, cominciò a ſeminare nelle ſue prediche à guiſa di Zizania nel mezzo del buon frumento alcune propoſitioni ereticali, con le quali ſi penſo d' ingannare ſotto nome bugiardo di dottrina cattolica la Plebe men dotta, e d' indurla negli errori contro la Fede.*

Era il Seneſe, come altre volte abbiamo detto, uno de' più eloquenti Oratori de' ſuoi tempi, à cui il nome della Religione Capuccina, che gli aveva acquiſtato appreſſo tutti gran credito di ſantità, e l'apparente ſplendore delle virtù eſterne conferivano molto di forza, e d' autorità; onde n' auveniva, ch' eſſendo in grandiſſimo concetto nelle menti de' Popoli, poteva agevolmente muoverli à credere tutto ciò, che voleva. Ma perche quella Città al pari d'ogn' altra; e particolarmente in que' tempi era feconda di belliſſimi ingegni, perſpicaci, prudenti, e geloſi della fede; furono minutamente notate tutte quelle propoſitioni, le quali avevano qualche ſentore d'ereſia, e denuntiate al Nuncio Apoſtolico, non v'eſſendo ancora il Tribunale della Sacra Inquiſitione, qual vi fù poi eretto dopo il Concilio di Trento. Ma perche con tanta accortezza proponeva gli errori coperti di tanti enigmi, et anfibologie, che facilmente ſi potevano ridurre à ſenſo cattolico (le ſignificationi lubriche ſempre, per ſnolgerle à ſuo arbitrio) quindi ſubito, che fù citato dal Nuncio à render ragione di quello aveva inſegnato dal pulpito, ſciolſe, e riduſſe à buon ſenſo tutte le propoſitioni, le quali come infette d'errori gli erano ſtate oppoſte, e ſenza gaſtigo ſi ſottraſſe à quelle Tribunale.

Ma perche era talmente gonfio il ſuo petto del bubone dell' ereſia, che non poteva più trattenere il marciume: ſparſe di nuovoi veleni, e publicamente proruppe dal pergamo in queſte voci. E che facciamo

(z) L. c. p. 426. ſq.

facciamo nòi o Signori? et à qual fine s'affatichiamo, et stentiamo? se quelli, ò nobilissima Città di Venetia, ò Reina del Mare Adriatico, se quelli, dico, i quali t'annunciano la verità, sono da te carcerati, racchiusi negli ergastuli, stretti con le cattene, e co' ceppi; qual luogo homai ci resta, qual' altro campo libero al vero? Piacesse à Dio, che si potesse predicare liberamente la verità: quanti ciechi, che non vedono lume, e vanno al buio à tentone sa rebbono illuminati. Queste parole andavano à ferire il Nuncio Apostolico, il quale non molto avanti aveva cacciato in prigione, come inquisito d'eresia, un certo GIULIO MILANESE, *maestro in Theologia famigliarissimo, e carissimo all'Ochino. Aveva questo* GIULIO *appresa dall' istesso* VALDESIO *l'eresia in Napoli, à quali essendosi aggiunto per terzo un* PIETRO MARTIRE *Predicatore d'un' altra Religione, collegati insieme con questo triplicato, e profano, ò più tosto diabolico vincolo d'amicitia infernale avevano congiurato contro la santa Fede. Ma il Demonio, che aveva tessuto queste trè funicelle d'empieta, le aveva insieme ristrette, le cacciò ancora unitamente à gli Eretici.*

Fù riferito il fatto al Legato Apostolico, il quale essendone certificato per testimoni degni di fede, sospese immantinente l'Ochino, dall' ufficio della predicatione, e ne diede parte à S. Beatitudine. Non piaque punto questa sospensione alla Republica, la quale essendo sopra modo invaghita della sua eloquenza, e facondia, operò in maniera co'l Nuncio, che dopo il terzo giorno gli fù restituita la predica liberamente. Ritornato al pergamo, sapendo, d'aver molti uditori, i quali à nome del Legato andavano con ogni diligenza osservando tutti i suoi detti; temendo il proprio pericolo, s'astenne per quella Quaresima, dall' insegnare dottrina alcuna, la quale fosse contraria alla fede.

Hinc, eodem teste (a), Veronam concedens, accersitis ex illa provincia iis, qui muneri concionatorio destinati erant, in usum illorum prælectiones in Epistolas Paulinas instituit, inque iis do-

E gmata,

(a) L. c. p. 427.

gmata, a Romanæ ecclesiæ placitis aliena, tradidit: quo factum est, ut Romam a Pontifice ad reddendam doctrinæ suæ rationem vocatus, iter quidem aggrederetur, sed mutata postmodum sententia, ac Italia æternum valere jussa, primo Genevam, deinde superatis Alpibus in Germaniam transfugeret. Atque hæc ex BEMBI epistolis BOVERIIque Annalibus huc transferre in lectorum gratiam visum est, quod iis usi haud sint *Burkh. Gotth.* STRUVIUS, ὁ μακαρίτης, et *Petrus* BÆLIUS, qui soli, quod ego quidem sciam, ex instituto et lato calamo de OCHINO commentati fuerunt (b). Superessent et alia, ab illis vel prætermissa, vel minus recte tradita; sed ne nimius sim, & extra oleas vagari videar, alii fortassis occasioni reservata sunto. Quis autem in dubio ponat, OCHINUM, qui sanioris doctrinæ scitis alios imbuere curæ habuit, eadem ut civibus quoque suis vel voce, si quando occasio ferebat, vel scriptis traderet, navasse operam? MINUM igitur etiam in religionis causa ab eo rectius sapere didicisse, a vero non abhorret.

Sed et beatissimum martyrem, AONIUM PALEARIUM (c), in hoc tramite facem illi prætulisse, consentaneum est. Utrumque fuisse in clientela nobilissimæ BELLANTUM familiæ Senensis, supra indicavimus. Usu igitur amicitiæ conjunctos invicem fuisse, dubitandi causam non habemus. Diversatus adhuc Senis optimus PALEARIUS, aureolum libellum de meritis mortis Christi Thusce scripsit, qui Papæ satellites in eum armavit (d). Ibidem literis quoque consignavit sanctissima fruge refertam Actionem

(b) Ille quidem in tribus Observationibus de vita, religione, fatis et scriptis BERNARDINI OCHINI, quæ insertæ sunt Observationibus selectis Halensibus ad rem literariam spectantibus, Tom. IV. p. 406. sqq. ac Tom. V. p. 1. sqq. Hic vero in Dictionario suo Critico, singulari articulo, Tom. III. f. 2105. sqq. edit. III. Roterod. A. 1720.

(c) Verum et nativum ejus nomen fuisse *Anton. de gli Pagliaricci*, ex DUCATIANIS Part. II. p. 231. hic in transcursu observo.

(d) De quo videantur, si placet, quæ Amœnit. hist. eccl. et lit. Tom. I. p. 155. sqq. olim disserui.

nem in Pontifices Romanos et eorum asseclas, ad Imperatorem Romanum, Reges et Principes Christianæ Reip. summos œcumenici concilii Præsides (e). Exaravit ibi etiam memorabilem illam ad LUTHERUM, CALVINUM aliosque de concilio a PAULO III. Pont. Tridentum indicto epistolam, quam primus in Amœnit. hist. eccl. et lit. Tom. I. p. 448. sqq. e MS. Guelpherbitano in lucem protuli, præfatione de fatis et gloriosa morte fidelissimi JEsu Christi servi adjecta. Gratiam a Germanis me initurum spero, si hac occasione ad ea supplenda, quæ l. c. dixi, ex Diariis, novarum in orbe literato rerum, Hetrusco Sermone Florentiæ evulgari solitis (f), epistolas duas, antehac ineditas, quibus sanctus martyr, fortissime pro Christo ad necem usque dimicans, impavida mente eo ipso die, quo sanguine firmavit dogmata vera suo, dulcissimæ conjugi filiisque charissimis supremum vale dixit, huc transtulero, additis etiam illis, quæ l. c. istis literis præmissa sunt.

ROMA.

Articulo, e Memoria, copiata da un Libro di San Giovanni de' Fiorentini di Roma.

Lunedi a dì 3. *Luglio* 1570. *essendo stata chiamata la nostra Compagnia Domenica notte venendo il Lunedi giorno* 3. *di Luglio* 1570. *in*

 Tordinona

(e) Inserta est illa etiam elegantissimæ operum Palearii editioni, Amstelod. apud Henricum Wetstenium A. 1696. curatæ, quam sunt, qui JO. GE. GRÆVII studio acceptam referant. Tribuendam vero esse studio JANI de WITT, Reip. Amstel. Judicum Præsidis et Senatoris, ex præfatione colligo. Ibi enim, CARNESECI, ait, *historiam lamentabilem latius aliquando exsequemur, si Deus faverit, in editione operum M. A. Flaminii.* At *Petrus* ULAMINGIUS in dedicatione nitidissima SANNAZARII operum editionis Amstelod. Ao. 1728. ita Virum illum Amplissimum compellat: *Si quid a te publice per me peti deceat, est, ut edas M. A.* FLAMINIUM *tuum, lectissimis observationibus ornatum, ut tandem editionem pleniorem, emendatiorem, et intellectu faciliorem carminum magni illius viri nanciscamur.*

(f) *Novelle Letterarie dell' Anno* 1745. p. 328. sqq.

Tordinona (†) *n'e fudato nelle mani condennato a morte per via di giustizia dalli ministri della Sacra Inquisizione Messer* AONIO PALEARIO *da Veruli abitante in colle di Valdenza, quale confesso e contrito domando perdono a Dio, ed alla sua gloriosa Madre Vergine Maria, e a tutta la Corte del Cielo, e disse voler morire da buon Cristiano, e credere tutto quello, che crede la S. Romana Chiesa. Non fece testamento alcuno, se non che oi dette le dice sotto scritte lettere scritte di sua mano pregandoci le mandassimo alla moglie e figliuoli suoi a Colle di Valdenza.*

Copie delle Lettere de Verbo ad verbum.

„Consorte mia carissima,

„Non vorrei che tu pigliasse dispiacere del mio piacere, e a „male il mio bene. E' venuta l'ora che io passi da questa vita al „mio signore e Padre e Dio. Jo vi vo tanto allegramente, quanto „alle nozze del Figliuolo del gran Re, del che ho sempre pregato „il mio Signore, che per sua bontà e liberalità infinita mi conceda. „Sicchè, la mia consorte dilettissima, confortatevi della volontà di „Dio, e del mio contento, ed attendete alla famigliuola sbigottita, „che resterà, di allevarla e custodirla col timore di Dio, ed esser„li madre e Padre. Jo era già, di settant' anni vecchio (*); e disu„tile. Bisogna che i figli con la virtu e col sudore si forniscano, a „vivere onoratamente. Dio Padre, ed il Signore nostro Gesù „Cristo, e la comunione dello Spirito Santo, sia con lo spirito „vostro!

„Roma il dì 3. di Luglio 1570.

„Tuo marito

„AONIO PALEARI.

Sieque l'altra lettera de verbo ad verbum.

„Lampridio, e Fedro, figliuoli dilettissimi,

„Questi miei Signori cortesissimi in fino all' ultimo non manca„no con esso me della loro cortesia, e mi permettono che io vi „scriva.

(†) In Turri Nona.

(*) Natus ergo erat Palearius A. MD. quod hactenus fuit ignotum.

„ſcriva. Piace a Dio di chiamarmi a ſe per queſto mezzo, chè „voi intenderete che vi parrà aſpro ed amaro; che ſe il conſidera„te bene, eſſendo con mia ſomma contentezza e piacere, per con„formarvi alla volontà di Dio, vi avete anche uſi a contentare. „La virtù e diligenza vi laſcio per patrimonio con quelle poche „facolta, che avete. Non vi laſcio debito: molti chiedono alle „volte, e devono dare.

„Voi ſiete emancipati più di dicidotto anni fa, non ſiete te„nuti a' miei debiti. Quando vi foſſero chieſti ricorrete a ſua Ex„cellenza il Signor Duca, che non vi laſcerà far torto. Chiedi a „Luca Pridio il conto del dare e avere. A ſono la dote di voſtra „madre, e di allevare la voſtra ſorellina, come Dio vi darà la gra„zia ſua. Salutate Aſpaſia, e Sor Aonilla, mie figliuole dilettiſſi„me nel Signore. L'ora mia ſi avvicina. Lo ſpirito di Dio vi „conſoli e conſervi nella ſua grazia!

„Di Roma il dì 3. Luglio 1570.
„Voſtro Padre.
„AONIO PALEARI.

Sopra ſcritta.

„Alla ſua cariſſima Conſorte MARIETTA PALEARI, „e a ſuoi diletiſſimi figliuoli LAMPRIDIO e FEDRO PA„LEARI, a Colle di Valdenza, in Borgo vicino a S. Caterina.

Queſta notizia puo ſervire per correggere appreſſe il MORERI e il BAYLE l'anno della morte d'AONIO PALEARIO, di cui fu gran diſgrazia l'eſſer viſſuto nel ſecolo XVI.

Multum variant circa annum necis ejus ſententiæ. Qui primum publicavit illius Actionem in Pontifices, A. 1558. combuſtum eſſe meminit. Thuanus in A. 1566. hoc refert, cui adſtipulatur Janus de Witt, auctor eruditæ præfationis, Wetſtetianæ ejus operum editioni præmiſſæ. Simlerus A. 1570. capite multatum in Bibliotheca ſcribit. Nos Laderchium, qui ipſa acta judicialia

 ſe

se lustrasse asserit, secuti, mortem ipsi illatam A. 1596. tradidimus. Hæ literæ Simlero pollicem premunt, ac præterea diem quoque supplicii atrocis de sancto homine sumti indicant. Errasse etiam hinc cognoscimus Joach. Camerarium pariter in narrationibus de M. A. Flaminio, ac Janum de Witt in laudata præfatione, uxorem ejus ardentissime dilectam, matrem Lampridii et Phædri, rebus jam humanis exemtam tum fuisse affirmantes. Hic vero error inde enatus est, quod, illa aliquando difficillimo partu laborante, maritus absens, ac febri laterisque dolore gravissime afflictus, quum id ipsi nunciatum esset, hoc in ejus, quam pariendo exspirasse credebat, memoriam epigramma concinnaverit:

Ni mihi spem Christus faceret, quem vita secuta es,
Non possem abrupto vivere conjugio.
Ille mihi te olim redituram in luminis oras
Pollicitur, dulci pascit amore animum.
Interea Aonium venientem cursibus ad te
Expecta campis uxor in Elysiis (g).

Nequaquam vero me movet figmentum illud, in fratrum Dominicanorum cerebro natum, PALEARIUM in extremis horis palinodiam cecinisse: qualia in hujusmodi casibus excogitare quam familiare ejus notæ hominibus sit, variis exemplis edocuit Vir summus HERMANNUS CONRINGIUS (h). Certe reclamat illis JACOBUS LADERCHIUS (i), qui ipsa quæsitorum fidei acta judicialia inspexit, diserte memorans, PALEARIUM, quem filium Belial effreno vocat calamo, obstinato animo ac pervicasissima mente, nulla vi ac studio ab errorum tenebris ad veritatis lumen revocari potuisse, haud sane silentio prætermissurus,

(g) Vid. ejus Epistolarum Lib. IV. Epist. XXV. p. 547.
(h) In copiosa ac doctissima præfatione *Georgii* CASSANDRI et *Ge.* WICELII Libris de sacris nostri temporis controversiis, Helmestadii A. 1659. editis, præmissa, p. 148.
(i) Annalium Ecclesiasticorum, Tom. XXIII. f. 204.

ſtrus, ſi ad retractationem ſe adigi ante necem paſſus eſſet. Quin imo ipſæ illæ epiſtolæ iſti commento refragantur. Nonne enim ſi ex animo recantaſſet, argumentorum robore convictus, ſuos etiam ea de re monuiſſet? vel ſi etiam vi tantum adductus ac minarum ferocia, reclamante conſcientia, id feciſſet, annon ab iſtis ſodalibus Dominicanis eo fuiſſet compulſus, ut ſuos de palinodia certiores redderet?

Sed revertatur tandem ad MINUM noſtrum CELSUM calamus. Is ætate jam ſatis provecta per varios caſus, per dira pericula vitæ patriam tellurem A. MDLXIX. relinquere, et ignotis exulare oris coactum ſe vidit. Romanæ tum eccleſiæ præſidebat PIUS V. truculenti vir ingenii, qui, editis atrocibus diræ cujusdam ſeveritatis vel ſævitiæ potius in PETRUM CARNESECUM aliosque documentis, terrorem cæteris, aliena ab Romana eccleſia ſequentibus placita, incuſſit. Superiori anno, crudeli ejus imperio Mediolano, ubi Græcas Latinasque literas magno cum plauſu docebat, abreptus vir immortali laude dignus, AONIUS PALEARIUS, Romamque ceu hæreſeos reus deductus, in tetro Inquiſitionis carcere judicum barbarorum ſententiam damnatoriam expectabat: quod inprimis noſtri animum in ſollicitudinem conjeciſſe videtur. JACOBI de LADERCHIO annales eccleſiaſtici, illius pontificatui illuſtrando unice dicati, exemplis torvitatis, in eos, quos Roma vocat hæreticos, ab illo exercitæ, turgent. Ut igitur ejus crudelitati ſe ſubduceret noſter, in Alpes Rheticas ſe recepit, optatum ſuæ ſenectuti quæſiturus nidulum, ubi reliquos vitæ dies ſecurus tranſigere, Deumque ad conſcientiæ ductum rite poſſet colere. Ipſe MINUS, in dedicatione Novi Teſtamenti Latino-Gallici, Baſil. A. MDLXXII. Kal. Sept. ſcripta, exilii ſui epocham ſtatuminandi anſam his mihi verbis præbuit: *Quum ex Rhetorum jugis, quo ante triennium diros pietatis hoſtes fugiens memet receperam, huc ad ſaluberrima Baſileæ mœnia contendiſſem: etc.*

In

In tranquillum itaque, uti arbitrabatur, post turbidas tempestates, delatus portum, in duo offendicula ex insperato incurrit. Commovebat animum pariter magnus in religionis capitibus inter eos, qui a Romana ecclesia secesserant, dissensus, ac multorum persuasio, hæreticos extremo supplicio afficiendos esse. De primo ita mentem suam exponit (k): *Hoc propterea dico, quod, quum abhinc triennium religionis ergo Italiam fugiens, Antichristi manus evasissem, et longo defessus itinere, maximisque exantlatis laboribus, ad Rhetorum Alpes, ceu ad portum appulissem, ratus (ut apud fratres nostros Italos fere creditur) has inter Ecclesias, quas reformatas jure merito nuncupamus, indissolubilem esse doctrinæ consensum, et unitatem; reperi tandem, maximo quidem animi mei angore, tametsi omnes consentiunt, Papam Rom. verum esse Antichristum, Missam omnia antiquæ idololatriæ genera quam longissime superare, homines fide in Christum non propriis operibus justificari, Purgatorium veras esse Papatus nundinas, Sacramenta duo, non septem esse: et in aliis demum piis sanctisque veræ religionis articulis conveniunt: attamen earum quamplurimas plurimis in rebus inter se manifeste dissentire. Quapropter, quum unaquæque illarum opiniones suas habeat pro articulis, ad puram Christi religionem maximi momenti, profecto necesse est, in hoc opinionum discrimine, ut, unaquaque partium opinionem suam pro orthodoxa fovente, persecutione in hæreticum admissa, alia aliam insectetur, alia aliam hæreseos damnet, et anathemate percutiat, alii demum alios quicumque in suas manus inciderint, ferro, igne, aqua e medio tollant. Hinc autem eveniat, ut insectationis et sanguinis nunquam sit modus. Heu quam decentius, quam Deo honorificentius, quam pro pace inter Christianos servanda conducibilius, quam demum ad Antichristi communis hostis regnum deturbandum, ac demoliendum aptius: in quo quidem nostra hæc rem tractandi ratio plus quam par sit credere offensionis causam aliquibus piis ibi degentibus præbere potest, qui Papisticum hunc morem in Ecclesias nostras irrepsisse audientes, cunctabundi, quam paraverant, fugam detrectant, nec impu-*

ra

(k) Libri de hæreticis capitali supplicio non afficiendis Sect. I. p. 9. sq.

ræ meretrici valedicunt: quam, inquam, decentius ac utilius esset, eos, qui se perfectos vel agnoscunt, vel credunt, imperfectorum imbecillitatem ferre, nec sibi ipsis placere, sed fratribus suis ad eorum ædificationem: quemadmodum Christus sibi ipsi non placuit.

Et revera tum in Rhetia, quo exteri aliunde pulsi, ac præsertim Itali, certatim confluebant, ecclesiam turbarunt Anabaptistæ, Schwenkfeldiani, Servetiani, aliique (l), ne quid de intestinis dissidiis dicam.

Alterum vero illud effecit, ut ad librum contra hæreticorum supplicia scribendum adjiceret animum: de quo ita ipse (m): *Constanter affirmo, Deumque ipsum mentis meæ testem appello, me non odio, aut invidia, non rixandi cupidine, non ambitione, inanisque mundanæ gloriæ libidine: non aliena suasione, spe præmii proposita, neque demum studio hæreticos a morte asserendi, ut liberè, ac tuto falsæ doctrinæ peste mundum contaminare valeant, provinciam hanc scribendi, ac quibusdam resistendi suscepisse: verum animi offensione illa, qua sum mirifice affectus, quum Antichristi manus effugiens, Italia profectus, intra Rhæticas Alpes quievissem, audissemque Evangelicas nostras Ecclesias, contra atque antea opinabar, non solum corporea pœna hæreticos mulctandos censuisse, sed apud aliquas etiam consuetudinem introductam esse, eosdem ultimo supplicio afficiendi. Hac re una primum permotus, Deique gloriæ studio deinde impulsus, ad eum, quem mihi proposueram, finem sum perductus, et maximo quidem desiderio, spe autem non minore, labores hos meos ad Dei gloriam, Christianæque Ecclesiæ utilitatem nonnihil momenti allaturos.* Nimirum eo tempore in Rhetia acris de hæreticorum supplicio erat concertatio, aliis pro eo stantibus, aliis eidem repugnantibus. Illorum coryphæus erat TOBIAS EGLINUS, horum fax et tuba JOANNES GANTNERUS, uterque Curiensis ecclesiæ Minister. Tandem vero A. MDLXXI. mense Junio Curiæ hac aliisque de causis fuit celebrata Synodus. Mea

F olim

(l) Quod ex JO. HENRICI OTTII Annalibus Anabaptisticis apparet.
(m) In procemio, A. V. b.

olim feci ex incomparabili bibliotheca UFFENBACHIANA decem secundæ magnitudinis volumina MSS. quæ in Catalogo (n) ita recensentur: *Prius ex decem his voluminibus continet JO. HENR. OTTII Annales Anabaptisticos, seu historiam universalem Anabaptistarum, estque illud ipsum exemplum, e quo A.* 1672. *Basileæ typis exscripti sunt annales. Reliqua vero novem volumina exhibent apparatum ad pleniorem Anabaptistarum historiam, ab eodem auctore summo studio collectum. Occurrunt autem hic non modo historica, sed acta cum Anabaptistis varia, scripta ipsorum authentica et partim autographa, decreta Magistratuum, doctorum virorum sententiæ, ac quam plurimæ ad OTTIUM aliosque de rebus anabaptisticis epistolæ. Inserta quoque sunt scripta nonnulla, sed pauciora eaque rariora, typis exscripta, huc pertinentia.*

In tertio illius apparatus volumine præter alia huc spectantia exstant acta dictæ Synodi Curiensis, ac literæ TOBIÆ EGLINI ad HENR. BULLINGERUM, ex ipso tabulario Tigurino depromtæ, quas, utpote ejus Synodi gesta summatim delineantes, heic exhibere operæ pretium esse duxi, cum præsertim JO. JAC. HOTTINGERUS in sua historia ecclesiastica Helvetica et BARTHOLOMÆUS ANHORNIUS (o) altum de lite hac Rhetica et Synodo Curiensi teneant silentium, ac JO. HENRICUS OTTIUS (p) particulam duntaxat illius epistolæ publicaverit, omissis iis, quæ ad hanc de hæreticorum supplicio controversiam speciatim pertinent.

En ergo, DOMINE, illas TIBI literas, a TOBIA EGLINO ad HENRICVM BVLLINGERVM, Theologum Tigurinum, mense Junio A. MDLXXI. exaratas.

Scio

(n) Sive Bibliothecæ Uffenbachianæ universalis Tomo III. p. 290. sq.

(o) *In der heiligen Wiedergeburt der Evangelischen Kirchen, in den gemeinen dreyen Pündten der freyen hohen Rhætia, oder Beschreibung derselbigen Reformation und Religions-Verbesserung, samt dero fernerm Zustand:* qui liber curiæ Rhetorum A. 1680. in 8. prodiit.

(p) In Annal. Anabapt. p. 152. sq.

„Scio te mirari, Colendissime D. Pater, qualem eventum Synodus nostra habuerit, in qua causa hæc nostra omnibus modis tractata et discussa fuit. Fuit hic conventus omnium frequentissimus, nec minus LXX. Ministri ex Italis et Germanis confluxerant, quibus ceu præsidentes VI. viri summi, prudentia et eruditione spectabiles, a Senatu trium fœderum nobis conjuncti et additi fuerunt, inter quos D. Conradinus Planta, D. Consul Willius et D. Rod. a Salicibus, præ cæteris communem hanc causam fortissime adjuvarunt et defenderunt. Conquestus est primo Gantnerus de injuria sibi et Frello facta, cum quod a ministerio indicta causa et præter omnes rationes depositus fuerit, tum quod Frellus (k) ejectus, qui tamen pacis studiosus semper fuerit, et neminem hactenus læserit, imo Anabaptista quoque non sit. Quæ contumelia cum non solum in me, sed in ipsum Senatum tenderet, exasperatus Senatus duos alios nobis addidit, ceu auditores et testes calumniarum Gantneri. Ego respondi historia rei gestæ proposita, in qua breviter sicuti res acciderant, declaravi omnia. Gantnerus mendacia me dixisse calumniatus est. At D. Consul Willius, D. Pontisella una cum aliis duobus, qui nomine totius Senatus missi erant, orationem meam suis calculis approbarunt, meque nihil nisi vera in medium attulisse testificati sunt. Paratus etiam ipse eram, singula verba historiæ recitare, probare et repetere. Cumque Gantnerus in tuendo Anabaptista totus esset adhuc, ipsi Domini pro me respondentes Gantnerum mirifice pudefecerunt, ita ut propriis pedicis et proprio ore pene in singulis verbis et caperetur et condemnaretur. Postquam autem controversiæ statum elicuissem ex historia rei gestæ, meamque sententiam, *plectendos nempe esse hæreticos*, argumentis confirmassem, Gantnerus non sacras literas, sed Erasmum, Brentium et quosdam Patres mala fide adductos mihi opposuit. Ego illi Erasmum Erasmo, Brentium Brentio, Patres Patribus opposui, et errorem brevibus ape-„rui,

(k) **Fuit hic bibliopola Curiensis, Anabaptistismi et Schwenkfeldianismi suspectus.**

„rui, ſiquidem teſtimonia ejusmodi non aliter, atque ipſi Anabapti„ſtæ, in medium adducebat, ſcil. inimicos eſſe diligendos, non ex„pellendos: Petro dictum, reconde gladium tuum: ſpontanea eſſe „debere noſtra ſacrificia etc. Sic cum nihil Gantnerus diſtingue„ret, et officium magiſtratus cum perſona commiſceret, infirmos „pro hæreticis, hæreticos pro infirmis haberet, facile a quovis refu„tari potuit. Summa, ſcopas diſſolutas et arenam ſine calce ad „cauſam ſuam male cohærentem defendendam poſuit; et quam tur„piſſime ſe dedit. Commiſſa cauſa fratribus, ab ipſis, nobis exeun„tibus, fuit diſcuſſa. Fuerunt omnes unanimes, eſſe magiſtratus, „punire hæreticos, excepto Mario, Turriano et quodam alio Mi„niſtro Italo, Prægallienſis eccleſiæ, homine indocto et inſulſo. „Marius ſe Gantnero omnibus viribus addixerat, toti Synodo re„ſtiterat, hiſtorias veteres adduxerat, in quibus non legatur, in hæ„reticos usque in Auguſtini tempora animadverſum fuiſſe. Ve„ſtram Eccleſiam, imo nos ipſos odioſe perſtrinxerat, ut ſuo loco „alibi aperiam plenius. Turrianus ille Plurienſis eccleſiæ, qui et in „Italia Miniſter fuit, etiam deprehenſus eſt fautor hæreticorum, „Camulii, Sozini etc. Tertius homo, ut dixi, eſt inſipidus et in„doctiſſimus, qui poſtea neſciebat, quid ſenſiſſet. At et Sylvius (q) „noſter noſtra quoque ſuffragia auxit et confirmavit, et jam antea „retractaverat. Cæteri etiam omnes una cum Dominis Rhetis in „eandem et confeſſioni noſtræ conſentientem ſententiam iverunt, „ſummo animi conſenſu, multis argumentis evidentiſſimis pro hac „noſtra cauſa allatis. Sententia communi ſuffragio in Gantnerum „lata eſt, ut retractet et fateatur, ſe erraſſe turpiter, 1) quod ma„nifeſtos hæreticos defenderit. 2) quod magiſtratui officium ſu„um exequenti odioſe ſe oppoſuerit. 3) quod vocationem ſuam „toties deſeruerit. 4) quod contra Dominorum mandatum et „Synodi

(q) Eſt mihi in promtu de Euchariſtia tractatulus *Barptolemæi SYLVII Cremonenſis*, verbi Dei apud D. Rhœtos concionatoris, A. 1551. typis excuſus. Forte de hoc Sylvio ſermo eſt Eglino.

„Synodi leges alium fratrem ſtatione ſua ejecerit, eamque ipſe in-„vaſerit. 5) quod agnoſcat, ſe inique mihi contradixiſſe, nihil-„que me, ex totius Synodii ſententia, in hac cauſa dixiſſe et egiſſe, „quam quod pium, fidum Miniſtrum deceat, propterea me abſolu-„tum ab omni culpa eſſe. His pronunciatis, animus et vultus „Gantnero conciderunt, ſimilisque mortuo factus, erraſſe tamen ſe „fateri noluit, ſed parum ſe intellectum fuiſſe dixit. Cumque „multi inſtarent, ut agnoſceret ſuos errores, et culpam deprecare-„tur, tandem pejora metuens ſubſcripſit capitibus ſupra ſcriptis ma-„nu propria. Forma eſt ejusmodi:

„*Ego Jo. Gantnerus aſſentior hisce ore et corde bona Chriſtiana fi-„de. Concedat Dominus, ut ad ſuam vergat gloriam et noſtri „abnegationem. Amen.*

„Obſervandum autem eſt, capitibus præſcriptis decretum Sy-„nodi præmiſſum eſſe, in quo omnibus circumſtantiis explicatur, „eſſe magiſtratus, gladio cohercere hæreticos: huic ille una cum „aliis capitibus ſubſcripſit. Hæc ſententia poſtea a tribus fœde-„ribus confirmata fuit, eamque ſuis legibus inſerent et defendent, „et nemo pro Synodi membro, nec tutus in Miniſterio erit, qui „hæc improbaturus erit. Quia vero multis videbatur Gantnerus „nihil hic ex animo feciſſe, ſed aliud in pectore clauſum, aliud in „lingua promptum habere, irrogata eſt ei pœna, ut per annum ſit „excluſus a conſortio Synodi et de Miniſterio deturbatus, priva-„tim et pacate vivat, et ſi deinde anno elapſo de reſipiſcentia ejus „fratribus ſatis conſtet, et toti eccleſiæ, liberum ſit Synodo, eum „recipere, vel non.

„Turrianus etiam, quia Italis hæreticis favit, una cum Camu-„lio Nicolao, qui ærario locupletiſſimo nervos hæreticis expulſis „hactenus ſuppeditavit, itemque cum Camillo Sozino, (r) qui

 „omnes

(r) Fuit ille Lælii Socini frater, ficuti et Celſus Socinus, de quo GVIDO PANCIROLLVS Lib. II de claris legum Interpretibus, Cap. CLXII. p. 342. edit. Venet. A. 1637. hæc habet: *Celſus alter Mariani filius ICtus primo in patria Inſtitutiones*

„omnes præſto fuerunt et turpiſſimi reperti, excluſi fuerunt. Camillus privatim ejectionis pœna affectus eſt. Sylvius etiam depoſitus ob ſcripti ſui audaciam. Omnes prompti erant ſubſcribere, ſed ſeverius animadvertendum in ejusmodi nebulones cenſuimus, partim ut alii terreantur, partim quod proprium hoc quodammodo habent hæretici, omnia ſimulare et diſſimulare, ſubſcribere, ad negationes negare, ad affirmationes affirmare.

„Ochini, Blandratæ, Lælii, Darii, Caſtalionis frequens, ſed turpis hic mentio facta eſt ob literas quasdam, quas olim Baſilea Camulius ille Italus ad Turrianum ſcripſerat, quibus hæreticos, et maxime Ochinum, commendaverat, ejusque exſecrabiles Dialogos. Ex his literis hi lupi omnes Synodi fratribus detecti fuerunt. Sed quibus verbis Zelum (s) D. Julii Mediolanenſis, hominis fæcundiſſimi, piiſſimi, doctiſſimi, celebrem, non reperio. Salutat is vos omnes, teque inprimis, Reverendiſſime Pater. Sat ei factum in hac Synodo. Triumphat certe Clavennenſis eccleſia cum Lentulo viro doctiſſimo, qui egregiam quoque operam navavit huic conventui noſtro. Breviter, adeo luculenta fuit victoria noſtra, ut votis noſtris omnia reſponderint, et plura transacta et impetrata fuerint, quam ſperari a quoquam unquam potuerit. Agamus igitur gratias Deo Patri noſtro ſanctiſſimo, qui propter vulnera filii Jeſu Chriſti benigno oculo ſuas eccleſias, pre-

„tioſe

ſtitutiones et jus civile extra ordinem profeſſus, poſtea patris gratia Bononiæ cum centum aureorum annuorum ſtipendio juris pontificii, deinde patre mortuo, juris civilis interpres factus in eo munere non perſeveravit. Fugam ſcilicet is quoque in Germaniam capeſſere compulſus eſt. HVBERTVS LANGVETVS hæc de ipſo ad Ulricum Mordiſium A. 1559. d. 7. Dec. perſcripſit: *Celſus Socinus filius Mariani condixit ſuam operam Scholæ Jenenſi, cujus rei absque dubio ſunt authores Vergerius et Illyricus, ſed ſi eo veniat, ipſum procul dubio brevi pœnitebit.* Vid. Part. II. Epiſtolarum ejus Lib. II. p. 28. edit. Ludewig. Sed fruſtra quæſivi nomen ejus in ADRIANI BEJERI Syllabo Rectorum et Profeſſorum Jenenſium. Ad hunc CELSVM SOCINVM extant CLAVDII TOLOMEI literæ, A. 1543. d. 3. Maji exaratæ, in hujus Epiſtolarum Italicarum Sylloge, Lib. IV. p. 144.

(s) De hoc Julio Mediolanenſi, Venetiis in vinculo conjecto, BOVERIVS quædam habet in loco ſupra ex ejus Annalibus Ordinis Capucinorum adducto.

„tiose redemtas, respiciens, easdem Spiritus sui inæstimabili vigore „refocillat, sustentat, purgat et conservat. Huic te, colendissime „mi Pater, totum commendo nobiscum, nosque tibi. Multa hic „præterii consulto, temporis penuria exclusus. Scias tamen, mo„mum nostrum Marium quoque a ministerio depositum, ex con„sortio Synodi ejectum, et Magistratus trium Fœderum animad„versioni traditum, non modo quod odiosissime hanc communem „doctrinam nostram exagitasset, sed in aliis quoque politicis Magi„stratui se præter rationes sanas opposuisset, vos ipsos, rempubli„cam et ecclesiam vestram traduxisset, omnia perturbare et inver„tere sit conatus: adhæc etiam a D. Præside vallis Rhucantiæ a„perte in Synodo accusatus fuerit, quod sabbathum violandum „rusticis liberum fecisset, divam Mariam calumniatus esset, atque „partu ipsius virginitatem negasset, et plura alia functione et tali „Ministro indigna effutiisset. Sic aream nostram repurgavimus. „Deus concedat gratiam, ut victoria hac nostra insigni recte uta„mur in sui gloriam, et nostri emendationem, Amen! Dici autem „non potest, quam officiosus et benevolus trium Fœderum frequen„tissimus Senatus ad hæc nostra acta confirmanda fuerit etc.

Jam ex *Tobia* EGLINI, sive ICONII, uti se etiam vocavit, relatione de gestis Synodi Curiensis ea tantum depromta dabimus, quæ ad hanc de hæreticis puniendis litem sigillatim spectant. Ita autem ille inter reliqua:

Ego, confirmata historiæ meæ narratione, ad statum contro„versiæ quam primum descendi, qui ex historiæ narratione colligi „facile potuit. Negavit enim Gantnerus, Frellum ob hæresin ex„ilio fuisse puniendum. Ego id affirmavi, ac recte a Magistratu „factum esse contendi. Hinc quæstio nascitur, utrum sit Magi„stratus, cogere contumaces ac hæreticos ad verbum Dei, ad ve„ram fidem, eosque, nisi obediant, punire, ac si seditiosi (†) ac „per-

(†) De seditiosis nemo, credo, unquam, nec fortassis GANTNERVS negavit, eos puniendos ac, pro re nata, capite etiam plectendos esse.

„pernicioſi fuerint, capite etiam plectere. Hanc autem quæſtio-„nem a Gantnero impugnatam ſæpius fuiſſe probavi locis Scriptu-„ræ, quibus improbe ad delirium ſuum obtinendum abuſus eſt, cum „in Senatu, tum ſemel atque iterum pro ſuggeſtu. Meam autem „ſententiam diverſam ab hypotheſi ad theſin deſcendens probavi.

„*Si hæretici ſunt puniendi, puniendi erunt a Magiſtratu,*
„*At hæretici puniendi ſunt.*
„*Ergo puniendi ſunt a Magiſtratu.*

„Duas categoricas propoſitiones deinde ex quibus conditio illa „conſtabat, probandas mihi ſumſi: quod ut commodius facere „poſſem, terminos argumentationis illius plenius expoſui, ac quæ-„dam 1) de hæreticis, 2) de Magiſtratu dixi; 3) autem ipſam „quæſtionem aggreſſus ſum. Attuli de hæreticis diſtinctionem ge-„neralem ac ſpecialem, ac qui ſint infideles dixi, qui fideles, qui „veri, qui falſi, qui ſchiſmatici, qui errantes in fide, qui infirmi, „qui hæretici: quid hæreſis, quid hæreticus, definivi, quibus etiam „gradibus diſtinguantur, oſtendi: poſtea ex notatione, definitione „ac diviſione Frellum hæreticum eſſe evici. Deinde de Magiſtra-„tus præcipuo officio pauca locutus ad ipſam quæſtionem, an hæ-„reticorum punitio ad Magiſtratum pertineat, deſcendi. Effica-„ciſſima argumenta ad affirmandam hanc quæſtionem in parato ha-„bebam, quia vero brevitati ſtudendum mihi erat, tria tantum pro „mea ſententia roboranda in medium attuli.

„I. a pronunciatis de Magiſtratus finali officio: Rom. XIII. *Dei* „*Miniſter eſt Magiſtratus, gladium gerens ad ulciſcendum male* „*agentes*, ex quo loco ſic argumentatus ſum:

„Magiſtratus gladio ulciſci debet male agentes.
„Hæretici male agunt.
„Ergo Magiſtratus eos gladio ulciſci debet.

„Ne autem quis negaret, hæreticos male agere, aut quod in „genere dixit Paulus, ad corporalia ſaltem peccata, ac certum

„aliquod

„aliquod maleficiorum genus revocaret, præveni hoc alia ar-
„gumentandi forma, ac ex præmiſſis hujus loci, una cum loco
„Pauli 1. Tim. II. hic enim pietatis etiam meminit, ac diſerte
„dicit, conſtitutos Magiſtratus, ut pacatos cives ſuos non mo-
„do in moribus honeſtis ac externis vitæ officiis, ſed etiam
„pietate ac Dei cultu contineant, utpote utriusque tabulæ cu-
„ſtodes, ac aſſertores. Illic a Paulo etiam Dei Miniſter non
„fruſtra nominatur, ac qui gladium portet. Hoc ipſum ali-
„ter confirmavi:

„Magiſtratus debet punire manifeſta carnis opera, ut ſunt
„furta, homicidia, adulteria etc.
„Hæreſis carnis opus eſt (Gal. V.)
„Ergo a Magiſtratu puniri debet.

„Protuli denique authoritatem legis Dei Deut. XIII. et Lev.
„XXIV. ac multorum Prophetarum ac piorum Regum exem-
„pla, qui olim in ſimili palæſtra egregiam navarunt operam,
„neque hæreſes impune paſſi ſunt ſuccreſcere.

„His abſolutis proteſtatus ſum, hanc eſſe meam ſententiam, hæc
„me ex Sacris Literis docuiſſe, hunc eſſe conſenſum reformata-
„rum Eccleſiarum, eo tendere legem Rhetorum publicam, huc ſpe-
„ctare noſtram confeſſionem: neque aliud in hisce omnibus addu-
„cendis niſi Dei gloriam, Eccleſiæque pacem ac ſalutem me quæſi-
„viſſe: hærere me nunc per decennium in Rhetia, nec ſine omni
„fructu tot annis fidelem Eccleſiis iſtis operam navaſſe: ſi nolint
„me ferre amplius ob veritatem intrepide prædicatam, paratum me
„eſſe alio recedere, lubenter tamen ſubiturum me antea ſententias
„fratrum, quibus in hac mea doctrina, quæ tamen mea non eſt,
„ſed Spiritus S. ab ipſis aut explodar, aut juſtificer: rogare me, ut
„rem tanti momenti accurate expendant, ne, dum me ſolum da-
„mnandum quis exiſtimet, ſimul omnes Eccleſias Helveticas, Im-
„perii, Gallicas, Anglicas, Scoticas ac Polonicas, etiam majori ex

„parte condemnet. Habere me plura alia argumenta, quibus „mea evidenter probaverim, ac argumenta adversa confutaverim, „quia vero brevitati, ob temporis penuriam ac fratrum inopiam, „studendum mihi sit, ipsorumque nunc sit, pro ac contra tractare „istud negotium, accinctum me esse, nunc omnia mea fratrum ju„dicio secundum Dei verbum subjicere ac committere.

„Jussus fuit ad hæc GANTNERUS respondere, ac suam „quoque sententiam, si posset, confirmare. Depromit ille librum „compactum, in quem Patrum ac neotericorum testimonia mala „fide collecta rhapsodus conjecerat. Antequam vero hæc recita„ret ex libro, locos aliquot Scripturæ alieno sensu, anabaptistico „more, incomprehensibili linguæ volubilitate, sine omni vigore „ac affectu profudit: Veteris Testamenti umbras cum novo Novi Te„stamenti ordine non esse commiscendas, liberatos esse Christianos „ex veteris legis jugo Gal. IV. spontaneum cor requiri: Ministros „pacificos ac Christo conformes esse debere, qui inimicos diligen„dos esse præceperit, ac Petro stringenti gladium succensuerit: Mi„nistrum oportere esse tolerantem malos 2. Tim. II. sustinere infir„mos, omnem contradictionem contra Evangelium suscipere leni „spiritu, spiritualibus in Christi spirituali regno uti armis: non do„minatores fieri Ecclesiarum, sed leniter agere cum oviculis: ma„lum malo non retaliare: persecutionem sustinere, non persequi: „non juxta legem ambulare, quæ occidit: ac plura alia hujus gene„ris, nullo habito ordine, accumulavit ac legit, tandemque con„clusionem intulit, me Spiritu Dei, charitate proximi, veri Epi„scopi ingenio carere, qui ejusmodi Christi instructione non ac„quieverim, ac armis carnalibus certare paratus fuerim.

„Vix risum tenere potui, cum audirem, ejusmodi ineptias, „GANTNERO, tanto philosopho, excidere, qui, ne non „videretur magnus esse, sacras etiam Scripturas violare, ac suis „ineptiis fucare ausus erat. Audi vero, quantum acumen osten-

„derit

„derit in humanis teſtimoniis citandis. Primo denuo conqueſtus, „negotium iſtud ex affectibus tractari, adduxit Chryſoſtomum, „tractantem locum Matth. XIII. de zizaniis non eradicandis: Hila-„rium quodam in loco dicentem: *Miſerere licet opinionem mundi, hu-„mana potentia velle regnum Dei promovere. Ubi hoc fecerunt Apoſto-„li?* Cyprianum: *Gladio occidebantur, cum carnalis maneret circum-„ciſio, nunc aliud eſſe.* Zizania ad meſſem ſinenda. In domo ma-„gna varia eſſe vaſa, aurea ac fictilia, juxta Paulum. Hic aliquid „mutare velle, ſacrilegam eſſe præſumtionem ac arrogantiam. E-„raſmum: nullum jus eſſe Chriſtiano in Chriſtianum, niſi ut alteri „proſit, non eſſe alium ab alio judicandum, dicere Lucam C. „XXII. non regnandum in cœli regno vi, ſed præſidiis Spiritus. „Liberum non coactum eſſe oportere Dei cultum. Melanchtho-„nem: Evangelium non jubere retegere gladium, ſed condere. „Tertullianum: a natura omnis colet, quem exiſtimat colendum „eſſe, nec prodeſt aut obeſt alicui: ſpontanea eſſe debere ſacrifi-„cia noſtra. Brentium pluribus in libris inculcare, non ita agen-„dum eſſe cum tinctoribus, ſive retinctoribus etc. Hæc omnia „ego notare potui, licet celerrime omnia adeo percurrerit, ut nul-„lus ex ſcribis noſtris quicquam obſervare ac conſignare potuerit.

„Ego ad hæc omnia reſpondere ac refutare paratus eram, nam „pene contriveram D. Bezæ refutationem ſupra omnia iſta objecta. „Quia vero Domini dicebant, non opus fuiſſe, humana tot teſti-„monia, quibus nos non nitamur, producere, brevibus in genere „GANTNERO reſpondi; incepturum me, prævenit D. Con-„radinus Plauta, homo acutiſſimus, ac huic cauſæ noſtræ faventiſ-„ſimus, qui, tribus ut dicam verbis, Gantnerum ita conſtrinxe-„rat, ut, quo ſe vertaret, non haberet. Quæſivit enim: *Gant-„ner, ſag mir, ſoll man das Böſe ſtraffen oder nicht?* ℟. Gantnerus: *das „Bös ſoll man ſtraffen.* Urget: *Iſt Kæzerey bös oder gut?* ℟. Gantne-„rus: *Bös. Ergo, ſo ſoll mans ſtraffen:* Plauta intulit. Erubuit „Gantnerus, licet totus cineritius.

„Ego reſpondebam ad parabolam de Zizaniis allatam, quam „deinceps D. Campellus poſt receſſum noſtrum planius ac prolixius „enodavit. Ad reliquos locos infirmandos diſtinxi inter Miniſtros „ac Magiſtratum, inter perſonam et officium, inter publicam ac „privatam vindictam, quæ omnia cum Gantnerus cum Anabapti-„ſtis confundat, hinc illum Petri gladium, inimici dilectionem, ac „arma ſpiritualia contra nos proferre, ac male docere, cum male „diſtinguat. Patres etiam veteres tumultuarie adduci, ac quædam „excerpi, quæ ſpeciem habeant infirmandæ noſtræ ſententiæ, ſi „autem circumſtantiæ omnes probe conſiderentur, nobis non „Gantnero aſſentiri: aut enim eos diverſam cauſam agere, in eos „invectos, qui Chriſtianam religionem ferro et igni oppugnabant, „aut non punitionem, ſed eradicationem promiſcuam hæreticorum „culpare, aut ſui temporis Epiſcopos objurgare, qui officii ſui ob-„liti ſolis principum armis adverſus hæreſes certarent, aut in hoc „unum intentos ac pietatis Zelo abreptos clementiæ ac bonitati in-„genitæ plus nimium indulſiſſe. At unicum Auguſtinum reliquis „omnibus confutandis nobis ſufficere, quem GANTNERUS „propterea præterire voluerit. Quod Neotericos concernat, mi-„rari me, qua fronte Eraſmum ac Brentium nobis opponat, cum „alter eorum tam varius fuerit, ut diſſimulare potius, quam quid „ſentiret dicere ſemper maluerit: alter autem eo veſaniæ tandem „redierit, ut cœlum cum inferis permiſcuerit, imo cœlum eſſe in „infernis, ac inferna in cœlis contenderit. Ut autem GANT-„NERUS agnoſcat, ne iſtos quidem pro ſe facere, adduxi ſen-„tentias quasdam ex commentis eorum. Hæc enim eſſe verba E-„raſmi, qui plerumque in Epiſcoporum furias invexerit: Quid au-„tem vetat, inquit, ne princeps hæreticos, turbantes publicam „tranquillitatem, e medio tollat? Et cum multa pro infirmis diſſe-„ruiſſet, tandem addit: Hæc neque loquor in favorem hæretico-„rum, neque me patrono quisquam habebit mitius, ſi modo ve-„rum cognovero hæreticum, i. e. malitioſe errantem, factioſum „et immedicabilem.

„Alibi

„Alibi in quadam apologia contra articulos aliquot per mona-„chos quosdam in Hiſpaniis exhibitos, hæc inter alia ſcribit ad Al-„phonſum Mauritium Archiepiſcopum Hiſpalenſem: Eodem modo „ſum affectus contra illos, qui, quoniam ſanari non poſſunt, ne-„ceſſario tolluntur, ne plures trahant in luem. Hæc ſimiliter E-„raſmus dicit. Oppone nunc Eraſmum Eraſmo, ac tuum errorem „agnoſce, GANTNERE. Brentius etiam quam longe a tua „opinione diſcordat, maxime in eo libello, quem tu domi habes „tuæ, ac qui tibi author nobiſcum diſſentiendi, quaſi anabaptiſtæ „non ſint plectendi. Non obſervas antem, loqui Brentium de hæ-„reſi, quæ ita nuda eſt, ut in nullum opus malum eruperit, ne-„que religioni etiam fraudi ſit, quæ denique erroris potius quam „hæreſeos nomen meretur: aperte enim ſubjungit, tranquillitatis „publicæ turbatorem, ac in Magiſtratum delinquentem, ſive bapti-„zator, ſive rebaptizator fuerit, meritum ſufferre ſupplicium. Sed „etſi verbis iſtis deſtituti eſſemus, quæſo inſpice ſaltem Brentii Te-„ſtamentum recens editum ac confutatum, ac facile deprehendes, „cujus clementiæ ac modeſtiæ vir ille fuerit erga ſuos confeſſores, „ſi recte ſaperes, quos ceu ter hæreticos omni crudelitate afficien-„dos, claſſicum etiam canens, judicavit. Aut quales hi fuerunt, „qui Proteſtantibus olim aliisque Principibus authores fuerunt ple-„ctendi Anabaptiſtas Munſterianos, ac ſeditioſos ruſticos? Deſine „igitur, GANTNERE, iſtos homines nobis objicere, quorum confeſ-„ſioni te accedere non vis haberi, alios autem negligere ac conte-„mnere, quorum confeſſioni nihil adverſum te docuiſſe vis videri.

„Reſpondit GANTNERUS; Audiſtis meam ſententiam, „neque negarim, ſi qui ſeditiones ſanguinolentas moverint, eos „etiam plectendos eſſe. Objiciebam, ſi quis autem animas occi-„dit ac ſeducit præſtantiorem partem hominis, num levius id cri-„men judicabis? Captus erat. Reſponſat: Ego quæ feci et dixi, „ex charitate feci ac dixi, miſertus hominis pii: nitor etiam e-„xemplo Chriſti, Apoſtolorum ac veterum Doctorum etc. Ali-

„am rationem fuiſſe temporum Chriſti ac Apoſtolorum brevibus „explicabam. Poſt hæc omnia abrumpunt ſermones noſtros Do„mini Præſidentes, ac rogant GANTNERUM, num ſe cum ſua opi„nione fratrum judiciis eſſet commiſſurus? Annuit, ego idem fa„ciens, receſſimus, ut tranquillius eo componerentur omnia.

„Diu autem Synodus occupata fuit in hac quæſtione contro„vertenda; fuere, qui argumenta mea ſolummodo confirmarunt, „alii nova adduxerunt. Multi iique doctiores ſingularem induſtri„am hic poſuerunt, utpote D. CAMPELLUS, D. GA„SCIUS, D. MARTINUS BRYSON, cujus no„men ex admirabilibus characteribus pingendis jam pridem vobis „innotuit. Tractaveram etiam hanc cauſam jam antea pro ſugge„ſtu, cunctis fratribus ac aliquot ex præſidentibus etiam præſenti„bus, ita ut ad explodendam hanc quidvis ſentiendi libidinem o„mnes attenti ac parati eſſent. Fuit etiam inter fratres omnes tan„ta conſonantia ac harmonia, ut Dominis et Præſidentibus ſingula„ri id voluptati ac gaudio fuerit. Solus MARIUS ac duo Itali „hæreticorum fautores diverſum tenuerunt. MARIUS proxi„ma poſt Apoſtolos tempora adduxit, in quibus plectendi hæreti„cos nullum ad tempora usque Auguſtini veſtigium reperiatur. „Cum autem cæteri tempora ac perſonas melius diſtinguerent, „MARTIALES illos THEOLOGOS (i. e. ſangui„narios vel Martigenas) vocavit, veterumque hiſtoriarum igno„rantes. Reliqui duo CAMILLO SOZINO ac CA„MULIO, maxime TURRIANUS, acceſſerant, atque „una cum MARIO depoſiti ac excluſi fuerunt, ut ſuo loco au„diemus. Intromiſſi ac revocati, ad fratrum ſententias audiendas „conſedimus uterque. D. CAMPELLUS latam ſententiam „pronunciavit. Tribus exceptis, omnes fratres concordes eſſe, „ac uno ore ex magiſterio S. Scripturæ ſentire, eſſe omnino Magi„ſtratus, hæreticos plectere, ac contumaces in fidei rebus cogere,

„punire

„punire etc. Propterea placere Synodo, ac omnibus Præsiden-
„tibus,

„1. Ut GANTNERVS confiteatur, se multum erraſſe, quod toties „vocationem ſuam tam leviter ac præter omnes cauſas deſe-„ruerit.

„2. Quod manifeſtos hæreticos defenderit.

„3. Quod impugnaverit et calumniatus ſit Magiſtratum offici-„um ſuum facientem.

„4. Quod expulerit fratrem e ſua Eccleſia, ac ſponte, non „vocatus, ſeſe ingeſſerit. Quibus omnibus levitatem hominis „in impudicis ſaltationibus, quibus ſine fronte, difficillimo hoc „tempore, ac maxime cum Ferrarienſis terræ motus ac inun-„dationes miſerandæ percrebuerant, uſus eſt, voluerunt ad-„dere.

„5. Abſolvere me fratres, ac eximere ab omni culpa, ac agno-„ſcere, imo teſtari, me in hac cauſa tota nihil aliud dixiſſe, „vel egiſſe, quam quod fidum ac pium Miniſtrum Chriſti de-„cuerit.

„Si hæc ſtans in medium confeſſus fuerit ore ac corde, ac cul-„pam ſuam deprecans mecum in gratiam redeat, penes fratres eſſe, „quid in eum decernant, ſin ſecus egerit, ac pertinax eſſe perre-„xerit, jam decretum eſſe, ut conſortio noſtro ac miniſterio ca-„reat. Reſpondit GANTNERVS, ſe palinodiam canere nec velle, „nec poſſe: nihil enim contra Scripturam docuiſſe, neminem in pravis „opinionibus defendiſſe, ſed contra diſputaſſe ſemper, habere ſe „authores ſuæ opinionis ſacros, habere ſe etiam vocationem legiti-„mam, ac neminem expuliſſe; quod autem toties ſe ſuo officio ab-„dicaverit, cauſas fuiſſe præclaras. Quod autem magiſtratui non „paruerit, idem ac Apoſtolos feciſſe, qui Deo primam ac potio-„rem obedientiam debeat; propterea paratum ſe eſſe, quidvis po-„tius ſubire, quam aliquid retractare. Lubentiſſime ſe autem in „gratiam mecum rediturum, utpote qui nullo odio hactenus, ne-

„que

„que in me, neque in alios laboraverit; se hæc omnia Deo judici
„supremo committere.

„Urgetur Gantnerus a D. Campello, ne solus sapere putet.
„Rogatur a D. Conradino Planta omnium Fœderum nomine, ne
„insolentia sua aliis præjudicet, admonetur scandali hinc inde exor-
„ti, cui remedium sua retractatione afferri possit. Ego surrexi, ac
„manum prior porrigens, hortatus sum, ut propter Christi hono-
„rem errores suos profiteatur, ac offendicula Ecclesiæ tollat, sibi-
„que ac liberis suis, imo toti familiæ melius consulat. Pertinax man-
„sit Gantnerus ad hæc omnia. Spatium tandem ei concessum fuit
„deliberandi usque in crastinum. Noluit id primo accipere, ne-
„que accepisset, nisi Marius tandem, ut id faceret, persuasisset
„ei. Sic res in crastinum post meridiem usque dilata fuit. Cra-
„stino illucescente, post concionem meam III. Sessio fuit, die Ve-
„neris. Ibi primum omnium Italorum negotia proposita fuerunt.
„Foverunt nescio quas simultates inter se Pluriensis et Clavennen-
„sis Ecclesiæ, aut potius fautores quidam hæreticorum contra Cla-
„vennensis Ecclesiæ Ministrum, D. LENTULUM. Excom-
„municatos a Clavennensibus semper recepit TURRIANUS,
„Pluriensis Ecclesiæ Minister, qui dogma istud academicum aperte
„defenderat, *Nicolao* CAMULIO, mercatori nummatissimo per-
„familiaris factus, commune asylum hæreticis profugis præbuerat.
„Unde non frustra accusati suspicionem hæreseos nobis importa-
„runt. Ergo, ut scis,. authores fuimus, ut authoritate et jussu
„Commissariorum Synodo nostræ se sisterent, fideique suæ ratio-
„nem redderent. Venerunt igitur TURRIANUS, CAMU-
„LIUS, SOZINUS, SADOLETUS, omnes perversi ho-
„mines, amicorum copiis stipati, utentesque patrono D. D. BE-
„LINO, medico nostro, immunes ac innoxii omnes esse voluerunt.
„Tandem colendissimus Pater JULIUS MEDIOLANEN-
„SIS in apricum protulit plures literas, Basileæ olim a CAMU-
„LIO ad TURRIANUM in Rhetiam scriptas, ac nescio quo
„Dei

„Dei beneficio a noſtris collectas. In hiſce autem literis ſocietas „illa diaboli ingenium ſuum ſatis aperuit. Miniſtros enim Eccle- „ſiarum ſanos appellant hæ literæ veteres ac recentes vulpes, no- „vos Phariſæos, viros ſanguinum, antichriſtianos Papas, carnifi- „ces, ac etiam deplorant OCHINI exilium, hominis docti, ſe- „nis, pauperis, ac a toto mundo derelicti. Conqueritur CA- „MULIUS, hærens adhuc Baſileæ, de injuria OCHINO facta „a Tigurinis, quod illum cum quinque liberis ejecerint ob Dialo- „gos ſuos, quos etiam mirifice commendat, ac quædam exempla ſe „Plurium miſſurum ſe pollicetur. Viſcera quoque ac ſumtus ape- „rit, quos hactenus in OCHINUM illum, quem diu apud ſe „foverit, inſumſerit, perquirit etiam viam, quomodo Plurium tuto „proficiſci poſſit, ibique in libera Rhetorum regione morari, an- „xius tamen, ne noſter Miniſter Tigurinis amicus FABRICIUS „minus ei ſit futurus propitius, ZANCHUM tamen fore mo- „deſtum, nec perſecutorem pontificium acturum promiſiſſe, vere- „ri tamen, ne cum aliis adjungat ſibi Magiſtratum in ſocios, ut fe- „cerunt Genevenſes: petere ergo, ut Turrianus hiſce omnibus „provideat, ac diligenter ſcribat, num tuto in Rhetia liberi per „confeſſiones hærere poſſint; nolle enim ſe ex una perſecutione in „alteram pejorem incidere. Tertio commendatur in literis iſtis „CAMILLUS SOZINUS, ceu vir probus ac ſanctus; reſi- „ſtens novis Phariſæis. Exſpectantur etiam BETTUS quidam „ac DARIUS hæretici. Commendatur etiam diuturna conſue- „tudo cum Schola Senenſi. Lachrimis etiam CASTALIONIS „funus proſequitur CAMULIUS, ſcribens: *CASTALIO „magnus Chriſtianus obiit, periit meum oblectamentum, ac tædet me „porro vivere etc.* Hæc et alia in iſtis continebantur literis, quæ „ex Italico idiomate in Latinum a D. LENTULO converſæ e- „rant, et in utroque idiomate patribus et fratribus, ne quid parti- „bus deeſſet, prælegebantur.

„His accedebant singularia quædam, quæ D. LENTVLVS „in TVRRIANVM habuit, ex quibus omnibus satis consta„bat, illum non pastorem, Ministrum, sed luporum protectorem „esse. CAMVLIVS exanimatus respondit: *Er wüste wol „als viel von der Heil. Trinitæt, als sein Schuch, und hat mithin dann „mit dem Fuss gescharret.* Excusavit se, esse se simpliciorem, quam „ut hæc mysteria capiat ac intelligat, liberalem se hactenus fuisse „in profugos, non quod opiniones pravas amplexetur, sed quod „horum exilio affectorum, naturæ bonitate affectus misereatur. „CAMILLVS homo vafer, absurdus in multis est repertus, si„mulat is quoque simplicem animum, sed CASTALIONIS, „CLEBERGII, BELLII ac MONTFORTII argumenta „egregie imbiberat, quibus me cum alio pastore, Italo blandulus „in ædibus conveniens, Magistratus in hæreticos officium impu„gnare paratissimus erat, 1. Zizania enim solummodo de doctrinæ „semine intelligebat, 2. Christum Apostolis prædixisse de futuris „persecutionibus, ipsis sustinendis, cur igitur non prædixit etiam „pseudoprophetas a Christianis persequendos, si gladii acies in hæ„reticos debet exacui. 3. Fides vera nunquam superatur a falsa, „nec Deo diabolus fortior erit. Ergo, cum nullum sit periculum „veræ fidei exstinguendæ, libera sit fidei professio, ac nulla coa„ctio. 4. Neminem tam stultum ac insanum fore, qui, si sciret se „errare, propter errores carcerem ac mortem subiret contra con„scientiam suam. Cum ergo recte sentire se credant, non cogi „debere eorum conscientias, quæ sponte cessuræ essent, si erroris „essent consciæ. 5. Contendi hodie ac disputari de multis ad sa„lutem non necessariis, utpote quod etiam fiat in hac opinione, „Magistratus non esse plectere hæreticos, id sentire aut non senti„re, saluti neque obesse, neque prodesse. 6. Apostolos ignem „cœlitus devocaturos, a Deo reprehensos esse. Hæc ac alia mihi „in privato colloquio objiciebat: refutatus autem in omnibus, hu„millime, ut solent hæretica ingenia, se mihi commendabat, et ro-

„gatu

„gatu etiam ampliſſimi D. Legati noſtri, qui ejus rei gratia archi-„triclinum ſuum bis ad me miſerat, ut intelligerem, quantum ſibi „CAMILLVS curæ eſſet.

„Cum igitur ita, ut ſunt iſti omnes, inventi eſſent, ac D. JV-„LIVS privato Zelo Domini correptus graviſſime fratres hortare-„tur, ne principia iſta ac fomenta hœreſeon levi animo adſpicerent, „præſertim cum antichriſtus occulto per ſuos emiſſarios pollicitis, „prece ac pretio, nobis omnibus, maxime Italicis eccleſiis inſi-„dias ſtruat, omnes iſti excluſi, ac eorum Miniſter ad proximam Syno-„dum depoſitus fuit. CAMVLIVS in deliquium animi incidit, ac „tanto animi dolore ſe cruciari præ ſe tulit, ut præſes vallis Rucautiæ „ſeu Rheticæ, una cum D. CONRADINO PLANTA, poſtea ſe-„cundo pro ipſo intercederent, ac, ut de ſententia aliquid re-„mitteremus, rogarent; ſed fratribus placuit, horum exemplo aliis „timorem incutere, ac in ſententia perſtare. Interea GANT-„NERVS monetur edicere, quid deliberaſſet ſecum, num vellet „fateri ſuos errores, nec ne. Requiſitus e ſinu depromſit confeſ-„ſiunculam quandam pro ſuo cerebro mancam, ſed et fucatam, „compoſitam, quam nobis obtrudere conatus eſt, quæ etiam tam „ſpecioſa ac lubrica fuit, ut mediocribus etiam imponere potuiſſet: „ſed quia doctioribus ac ipſis etiam Dominis ſuſpecta erat, juſſus „fuit D. CAMPELLVS, apertam confeſſionem ac claram „conſcribere, ad quam recipiendam GANTNERVS requirere-„tur. Hæc autem pro noſtra illa cauſa fuit ejusmodi.

„Sententia fratrum Synodi Curiæ congregatæ A. D. 1571. d. „12. Jun. de D. *Joh.* GANTNERO, approbantibus ſimul „præclariſſimis viris ac Dominis, additis Synodo ab illuſtriſſi-„mis Dominis Rhetorum.

„1. Super principali controverſia, quæ interceſſit D. *Tobiæ* ICO-„NIO cum GANTNERO de officio Magiſtratus, ſentimus, „quod cum quis deprehenſus fuerit aliquibus pravis, una vel plu-„ribus, ac falſis opinionibus ſive hæreſibus eſſe infectus, quæ pu-

„gnent cum vero ſenſu Scripturæ S. et maxime in iis capitibus et „articulis, quæ comprehenſa ſunt in noſtræ Synodi confeſſione, ac „quæ peculiariter continentur in Tigurina confeſſione, cui ſubſcri-„pſimus, atque poſt diligentem fidelemque inſtitutionem, ex ver-„bo divino petitam, non paſſus fuerit ſibi perſuaderi, ſed in ſuo er-„rore pertinaciter perſtiterit, Magiſtratus debeat talem pro pote-„ſtate ſua gladio ſibi divinitus conceſſo cohærcere, ne alios ſuo ve-„neno inficiat, et etiam taciturnitatem promittentem, et nihilomi-„nus tamen conciones ſacras ac ſacramenta Baptiſmi ac Euchari-„ſtiæ contemnentem in ordinem redigere, punireque ſemper pro „ratione peccati ac perſonæ ipſius. Et quia GANTNERVS „hunc ſenſum noſtrum a D. TOBIA defenſum impugnavit pu-„blice et privatim, eum peccaſſe judicamus. Quæ noſtra ſenten-„tia debet libro noſtro inſeri, ac qui huic non ſubſcripſerit, non „debet haberi pro membro Synodi.

„2. Præterea quia defendit manifeſtum hæreticum.

„3. quia impugnavit ſuum Magiſtratum facientem ſuum officium.

„4. quia ſuam vocationem quater leviſſime deſeruit.

„5. quia expulit fratrem ex ſua eccleſia etc. per ea omnia eum pec-„caſſe judicamus.

„Hæc publice GANTNERO prælecta fuerunt, hisce ut „ſubſcriberet, a multis rogatus denuo fuit. Diu ſecum titubans, „maluiſſet fucum ſuum nobis obtrudere; tandem cum videret, nul-„lam elabendi viam ſibi patere, ita ſubſcripſit:

„*Ego Joh. GANTNERVS aſſentior hisce ore ac corde, bona „Chriſtiana fide. Concedat Dominus, ut ad ſuam vergat gloriam „ac noſtri abnegationem! Amen!*

„Antequam autem hæc ſubſcriberet, diu, quid faceret, ut dixi, du-„bius fuit. MARIVS calumniis eum juvare ſtuduit, quas in „Tigurinam Eccleſiam ac Senatum evomuit: *Ich ſolle vorhin die „Züricher rechtfertigen, die haben anfangs nicht alſo Confeſſiones in einen „gezwungen.* GANTNERVS Anabaptiſtarum coryphæum

„BAL-

„BALTHASARVM (p) refricabat, *mit dem hab man nicht al-„so Gevvalt getrieben.* Mirabar hæc a sciolis istis afferri, qui tamen „MARTIALES nos THEOLOGOS vocarunt, ac jam an-„tea GANTNERVS crudelitatis Tigurinos condemnasset, cum „miseros Anabaptistas ferro vel aquis sustulerint. Ego qui histo-„riam BALTHASARIS illius ex tuo (†) libro decerptam ad-„huc in memoria habebam, faciliter illis respondi, ac quomodo cum „isto seductore actum sit, quomodo ex opposito sanctissimi Zwinglii „pro suggestu altero palinodiam insperatam ac seditiosam ex diabo-„li instinctu cecinerit, ejectus autem alibi exiguo tempore post ca-„pite præcisus fuerit. Ad quæ GANTNERVS respondit: „*Nun ist ihm also, so lass ichs bleiben.* Respondi: Cur falso adducis „ea, quæ tu ignoras," ut libidini tuæ aliorum injuriis satisfacias? „MARIO in faciem restiti, eumque satis iracunde objurgavi, „qui Remp. ac Ecclesiam vestram apud nostros, in tanta fratrum „ac Dominorum frequentia et corona, deferre nescio de quibus „rebus omnibus non verebatur. Multa paratus erat evomere, sed „Zelo quodam incensus ego abrupi voculas ipsius maledicas, ita, „ut quid maxime in vobis desideraret, vix ac ne vix quidem audi-„ri ac intelligi potuerit. Rogavi autem Dominos, ne cuivis fidem „haberent in dubium vocanti Tigurinorum acta in Anabaptistas seu „hæreticos, de quibus omnibus rationem reddere cuivis petenti pa-„rati essent. Sic tandem MARIVS obmutuit.

„Etsi vero GANTNERVS post hunc ultimum conatum „subscripserit, fratrum tamen sententiam subire nihilominus opor-„tuit. Ubi enim recessisset, major pars Synodi decreverat, ut ad „proximam Synodum consortio ac ministerio nostro privaretur, si

H 3 „interea

(p) Hubmejerum scilicet, de cujus doctrina, scriptis et fatis disserui in Actis historico-ecclesiasticis Sæculi XV. et XVI. p. 100. sqq. quam commentationem jam altera parte auctiorem reddere possem, varia interim nactus documenta, ad ejus historiam pertinentia.

(†) Hinc videmus, scriptam esse ab Eglino hanc relationem ad Bullingerum, cujus liber exstat de Anabaptistis.

„interea temporis certam suæ resipiscentiæ spem præbuerit, para-
„tos fore fratres iterum recipere illum ac amare.

„Interpositis deinde variis, MARIO illi crimini datis, et ad „litem de hæreticorum supplicio speciatim non pertinentibus, ita „pergit *Tobias* EGLINVS, sive ICONIVS:

„Placuit autem peculiariter annotare, quid cum GANTNE-„RO actum. Postquam die Veneris III. Sessione pomeridiana ex-„clusus, ac ex officio sive munere prædicandi dejectus esset, statim „fama per urbem volabat, GANTNERUM esse victum, „GANTNERUM subscripsisse, GANTNERUM ex „consortio nostro ac Ministerio suo deturbatum esse, unde haud „parum cum se maceraret, cogitavit, qua calliditate famæ suæ ja-„cturam aliquomodo levaret et sarciret: vesperi igitur paulo ante, „quam ad cœnam surgeremus, evocat primo ex collegio nostro D. „PONTISELLAM, qui cum exiret, cognatam Gantneri an-„te fores in peristilio reperit, a qua enixe rogatur, ut det operam, „quo Gantnerus in gratiam, si quidem subscripserit, recipiatur, ad-„que munus concionandi iterum admittatur. Pontisella, qui post „subscriptionem Gantneri ipsum statim jam antea suscipiendum con-„sulebat, author Gantnero ac ipsius cognatæ (quæ nudius tertius „repentina morte obiit) fuit, ut D. et Consul Willius una mecum „evocaretur. Ibi Gantnerus ambire, blandiri, privatim ac clam „plus quam in publico fateri errasse, affectibus plus nimium indul-„sisse: cum tamen nihil magis homini agnatum sit, quam errare, „ac unicuique suus error sit attributus, petere se veniam, pollice-„ri se omnia bona, rogare se humillime, ut sui misserti pro ipso a-„pud fratres intercedamus, supplicemus, omnia tentemus, ut ad „Ministerium ac consortium rursus intromittatur nostrum. Ubi-„cunque pro viribus tale beneficium nostrum referre facultas sese „offerat, paratum ac benevolum se perenne futurum. Dici non „potest, quantum se homo astutus humiliaverit, culpamque suam „sit deprecatus. Omnes tres suis blanditiis ita decepit, (quamvis

„hoc

„hoc libere dicam, nunquam Amplissimo D. Consuli id ex animo „placuisse) ut ingressi pro ipso supplicaverimus. Ego longa ora-„tione, nescio quo modo falsus, ac quibus affectibus usus apud „fratres, plures ita affeceram, ut statim suffragiorum majore nu-„mero iterum esset receptus ac admissus.

„Vix finieram orationem meam, ecce penetralia cordis nescio „quibus stimulis punguntur, ac mali alicujus aut stultitiæ insignis „indicia præsagiunt. Nec certe animus me fefellit. Revocatus „enim Gantnerus, qui jam iterum præter meritum receptus erat, „jubetur coram fratribus omnibus culpam suam deprecari, sicut „apud nos privatim fecisset. Hoc Gantnerus non modo non fa-„cere, sed etiam malitiose subridere, quasi dicere vellet, *En dece-„ptos!* Valde displicuit insolentia ejus fratribus omnibus, ac mul-„tos, qui suffragia et voces recipiendi illum dederant, facti pœni-„tere cœpit. Instante tamen cœnandi hora, nihil hoc vesperi mu-„tare voluerunt. Hic recessit ocyus Gantnerus, ac quasi novus „victor fratrum aspectus subterfugit.

„Dissoluto conventu, nunquam jam longe tempore tristior „domum veni, ac noctem (ita me Deus amet!) etiam illam pro-„pe insomnem duxi, excrucians me ipsum, quod tam inconsulto, „deceptus hostilibus blanditiis, pro illo ipso tam facile intercesse-„rim, qui tot Ecclesiæ nostræ fastidia ac molestias jam diu pepere-„rit, insidias mihi crudeles struxerit, S. Scripturas sine fronte cor-„ruperit, apertos hæreticos defenderit, Magistratum suis convi-„tiis prosciderit, vocationem suam tanta levitate proculcarit, alios-„que ex possessionibus suis improbe profugarit, neque post hæc „omnia commissa pœnitentis animi veri indicium ullum publice e-„diderit. Quæ omnia conscientiam meam ita lædebant ac onera-„bant, ut licet omnia in hoc negotio antegresso ex animi sententia „cesserint, nihil tamen aut parum me vicisse existimaverim. Co-„gitare igitur cœpi noctu ac ante lucano tempore, quibus remediis „hoc peccatum nostrum aut tolleretur, aut saltem mitigaretur. In-

„terim

„terim dum ſolus vulnerato animo per cœnaculum meum cogita-
„bundus obambulo, fores pulſat TURRIANUS, Plurienſis
„paſtor, rogans me (nondum enim ſententia in Italos promulgata
„fuerat, ſed demum IV. Seſſione) ne D. JULII conſilium ſeque-
„rer, ſed quibuscunque modis efficerem, ne de Miniſterio depo-
„neretur, paratum ſe eſſe revocare, ſubſcribere, ac omnia ex no-
„ſtra ſententia facere: in GANTNERO miſericordiæ feneſtram
„apertam eſſe, qui tamen longe gravius in Deum ac proximum
„peccaverit, quam ipſi fecerint.

„Ego cum audirem, Italos dementiæ noſtræ exempla ad ſui
„impunitatem arripere ac abuti, ſubito mutandi conſilium noſtrum
„occaſionem animus æger certo arripuit. Paratus igitur ad colle-
„gium feſtino, D. Pontiſellam evoco, ac meum illi conſilium
„aperio, non poſſe me quieſcere, donec fratribus onus con-
„ſcientiæ meæ impoſuero, ac in illos exoneravero. Quo magis
„Pontiſella diſſuadet, eo vehementius ad hoc faciendum uror.
„Propono negotium, ac peccatum facilitatis libere fateor, ac,
„quod Turrianus ac Itali reliqui eo abutantur, oſtendo. Concur-
„runt multæ cauſæ mutandi conſilium noſtrum: 1. Quod
„Gantnerus poſt gratiam acceptam ſubriſerit, cum plorare potius
„debuerit, qui culpam nullam aperte deprecatus ſit. 2. Quod
„Itali omnem impunitatem ex tam ſtulto facto noſtro ſibi promiſe-
„rint. 3. Quod Gantnerus ſtatim fratrum præſentiam ac faciem
„effugerit. 4. Quod craſtino die nunquam dignatus ſit intereſſe
„Synodo, ſed Societatem noſtram contemſerit, qui tamen primus,
„accepto iſto beneficio, eo ſe conferre debuiſſet. Quæ omnia
„cum fratres penitius ponderaſſent, omnibus pene ſuffragiis muta-
„tis, GANTNERUS iterum excluſus et depoſitus fuit, ad
„proximam Synodum usque, ſi interea reſipuerit. Deliguntur
„duo, qui hoc nuncium Gantnero apportent, ac cauſas novi facti
„aperiant. Accipiuntur nuncii ab initio benevolo a GANTNERO,
„ſed cooperti ipſius convitiis dimittuntur, omnia ex odio ac invidis
„affecti-

„affectibus agi, moveri, mutari, calumniatus, divino judicio se „commissurum omnia dixit: posse se in ministerio pergere, si ve„lit, flocci decreta nostra faciens etc. XVII. Jun. summo mane „cum Senatus trium fœderum in curia collectus esset, XII. fratres „ad hoc delecti, acta Synodi Dominis approbanda ac confirman„da obtulerunt. Germanice D. CAMPELLUS conscripserat „sententiam Synodi *de plectendis hæreticis* a Magistratu, sicuti supe„rius memini, omissis nostris nominibus, expressis vero nominibus „Anabaptistarum, Arrianorum ac Schwenkfeldianorum, ac si quæ „aliæ sectæ ac factiones contra verbum Dei ac leges publicas irre„perent, easque eliminandas esse imperio Magistratus decretum „esse rogare. Ergo nos Proceres trium fœderum, ut hanc senten„tiam e sacris literis suis legibus inserant, ac ceu Ecclesiæ nutritii „servare, defendere ac exequi dignentur: præterea etiam procu„rent, ut inutiles illos pastores Communitates abdicent, quos Sy„nodus abdicandos jam denuo decrevit, maxime GANTNE„RUM et MARIUM, qui præ cæteris majori Ecclesiis detri„mento essent. Senatus trium fœderum uno ore omnia approba„vit, ac sancta etiam tuenda ac exequenda mira benevolentia in „se recepit.

„Quod autem GANTNERUS eo ipso tempore matutino, „dum hæc ab illustrissimis Dominis nostris confirmarentur, ipse Ec„clesiam illam, e qua bonum fratrem expulit, contra Synodi de„cretum et Dominorum confirmationem, iterum invasit, sugge„stum conscendit, rusticis rem omnem exposuit, ac injurias sibi „factas esse improbo ac ingrato animo conquestus est, tantoque „cum Synodi contemtu rusticorum oculos perstrinxit, ut statim „ab ipsis sit iterum receptus, qui etiam mortem se oppetituros „pro illo policiti jam sunt, parum solliciti, quid Synodus vel in „illum, vel in alios decreverit. Nec semel jam privatim quoque „apud simplices nos detulit, quasi conceptis quodammodo verbis

„in ipſius perniciem conjuraverimus, ac judicum, teſtium, accu-„ſatorum, ac defenſorum munia omnia rei ſuſtinuerimus: unde fa-„ctum ſit, ut cauſa ſua ceciderit, ſiquidem per vim omnia ſint fa-„cta ac transacta. Superioribus autem diebus cum in CAM-„PELLUM incideret, ab eoque moneretur amice, ne ſe ita „opponeret Synodo, ſed patienter ſufferret, quæ nullo odio, ſed „neceſſitate urgente in ipſum eſſent decreta, præſertim cum con-„victus ſubſcripſerit: reſpondit D. CAMPELLO imperioſiſſi-„me: ſe quidem ſubſcripſiſſe, ſed non alia de cauſa, quam amoris „ergo, ac concordiæ gratia, et ne fratres diutius ſui cauſa occupa-„rentur: neminem etiam jus habere et poteſtatem ipſum de mini-„ſterio deturbandi, ſi quidem Chriſtus nobiscum eſſet, nec mino-„ri momento prædicaret, perrecturum igitur iſto pede, quo ince-„perit. Breviter ita ſe gerit GANTNERUS, ita actiones „noſtras ac Dominorum maledicentia gravat, ut tam rite hanc „cauſam non egerimus, quin ſemper aliquam ſuſpicionis nebulam „in ſimpliciorum mentibus ſimus relicturi. Quomodo autem Com-„munitates ex Dominorum imperio nunc ſe habeant, quidve in re-„jectos alibi decernant, nihil adhuc compertum habemus. Faxit „Deus, ut in bonum omnia cedant Eccleſiis curæ noſtræ commiſ-„ſis. Amen! „

E re noſtra jam foret, ſi alteram quoque partem audire nobis liceret, et ejus aliquam de lite illa ac Synodi iſtius geſtis relationem attentis luſtrare oculis. Prodiit Genevæ A. MDXCII. in octupli-ci forma huc ſpectans *Scipionis* LENTULI, *Neapolitani*, cujus ſu-pra plus ſemel facta eſt mentio, *Reſponſio orthodoxa pro edicto illu-ſtriſſimorum Dominorum trium fœderum Rhetiæ adverſus hæreticos et a-lios eccleſiarum Rheticarum perturbatores promulgata: in qua de Magi-ſtratus authoritate et officio in coercendis hæreticis ex verbo Dei diſputa-tur* (*). Videtur ergo edictum illud publico ſcripto a quodam im-pugna-

(*) Vid. Jo. Cleſſii Elenchum conſummatiſſimum Librorum Sæculi XVI. Part. I. p. 76. et Georgii Draudii Bibliothecam Claſſicam, p. 157.

pugnatum fuiſſe. Sed nihil horum me hactenus adipiſci potuiſſe fateor.

Hæc ergo controverſia, quæ jam tum, cum MINUS CELSUS Italiam fugiens in Rhetiæ ſive vallibus, ſive jugis conſideret, gliſcebat, mitiſſimi ingenii hominem permovit, ut ſcripto quodam argumenta eorum, qui pro hæreticorum ſupplicio, tanquam pro aris et focis, vehementer pugnabant, diſcuteret, et contrariam mitioremque ſententiam argumentis non proletariis conſolidaret. Fecerat id primo Italico ſermone (t), typisque eam diſquiſitionem mandare ſtatuerat: verum gravioribus curis ac difficultatibus, quæ ab exilio ſuo acrius indies ſibi impingebantur, moleſtiſſime impeditus, rem non tantum diſtulerat, ſed prope oblivioni mandaverat: quum ecce nova ejusdem argumenti ſcripta in ejus quaſi oſcitantis manus devenirent. Tum demum non amplius ſibi cunctandum, aut connivendum ratus, ut, quantum in ipſo eſſet, ne malum hoc latius ſerperet, impediret, easdem illas lucubrationes auctas ad nova argumenta reſponſis, ac in Latinum ſermonem translatas, in lucem edere conſtituit (u).

Ex ipſius CELSI præfatione in Novum Teſtamentum Latino-Gallicum, quam integram mox exhibebo, auguror, eum Latinam operis verſionem A. MDLXXII. Baſileæ concinnaſſe. Huc enim, triennio poſt ſuum ex Italia diſceſſum, ex Rhetiæ jugis ſe receperat, haud dubie inſectatione eorum, qui pro hæreticorum ſupplicio, Synodi præſertim Curienſis decretis audentiores redditi, ferventiſſime dimicabant. Ibi, ut honeſta ratione victum ſibi pararet, in celebri officina typographica *Petri* PERNÆ, Itali, vitiis librorum corrigendis operam navabat, referendus hoc nomine inter eruditos correctores, quorum centuriam olim docte deſcriptam B. *Jo. Conr.* ZELTNERVS Noribergæ A. 1716. evulgavit. In illius igitur typographi ædibus Latinam libri ſui traductionem

 perfe-

(t) Vti ipſe diſerte ſignificat in Libri ſui ſectione II. p. 117.
(u) Vid. procemium, A. 111. b.

perfeciſſe videtur, controverſiis eo de argumento in Rhetia vehementiſſime agitatis commotus: niſi forte quis huic conjecturæ obſtare exiſtimet hæc CELSI verba (x): *Reliqui nobis ſunt ex neotericis Caſpar HEDIVS, Johannes AGRICOLA Islebius, Jacobus SCHEVCHIVS, et Chriſtophorus HOFMANNVS, quorum Latine ſcripta, quamprimum has noſtras diſputationes Hetruſce ſcripſimus, commodum habuimus, eorumque dicta ex Latina in noſtram linguam vertimus: nunc autem cum eo locorum venerimus, ubi eorum libri, etſi diligenter inquiſiti, ad manum nobis non fuerint, ex noſtra in Latinam linguam eorum locos fideliſſime vertimus, eorum ſenſu nulla ex minima parte immutato. Hoc vero voluimus lectores neſcios non eſſe, ne quis forſitan nobis iniquior, eorum ſcripta aliqua ex parte, quod ad verba attinet, diverſa legens, nos eorum ſententias pervertiſſe criminaretur.*

Scilicet Baſileæ, in urbe librorum ditiſſima, ubi, ea præſertim tempeſtate, florebant officinæ typographicæ longe celeberrimæ, CELSVM libros, quorum ipſi in Rhetia copia fuerat, fruſtra quæſiviſſe, vero minus conſentaneum forte videri poſſet. Sed quid tandem mirum, deſiderari in civitate, libris cæteroquin abundante, opuſcula quædam obſcuriorum partim auctorum, quales fuere *Jacobus* SCHEVCHVS et *Chriſtoph.* HOFMANNVS, eaque quadraginta plus minus annis ante jam bonam partem alibi typis exſcripta?

De *Caſp.* enim HEDIONIS Epitome Evangeliorum et Epiſtolarum, quæ in eccleſiis leguntur, *Joannis* item AGRICOLÆ *Islebii*, *Jac.* SCHEVCHI et *Chriſtoph.* HOFMANNI annotationibus in Pauli ad Titum Epiſtolam ipſi tantum ſermo eſt. In Rhetia certe eum librum ſuum ex Italica lingua in Latinam haud transtuliſſe inde elucet, quod opuſculis illis, quæ ibi ante triennium ipſi in promtu erant, deſtitutum ſe fuiſſe, quum Latinam verſionem aggrederetur, conqueratur. Si enim in ea regione ſuum adhuc habuiſſet receptaculum, facile iterum iisdem potiri valuiſſet.

(x) Sect. II. p. 117. b.

luiſſet. At triennio poſt ſuam ex Italia fugam ſe ex Rhetiæ jugis Baſileam conceſſiſſe ipſemet diſerte in laudata præfatione teſtatur: eodem vero tempore ſe Latine convertiſſe librum ſuum de hæreticorum ſuppliciis plus ſemel (y) ſcribit (z).

CELSUS etiam Baſileæ in *Petri PERNÆ* officina typis excudendum Nov. Teſtamentum Latino-Gallicum eodem anno MDLXXII. in forma octuylici curavit.

Meum rariſſimæ hujus editionis exemplar titulo caret, quem vero nobis *Jo.* CLESSIUS (a), *Georg.* DRAUDIUS (b), et *Jacobus* LE LONG (c) ſic exhibent: *Teſtamentum novum Jeſu Chriſti Latine et Gallice, nova utriusque linguæ elegantique verſione. Baſil.* 1572. Latina verſio auctorem agnoſcit *Sebaſtianum* CASTALIONEM, etſi in præfatione id indicatum haud ſit. Gallica traductio an ab eodem profecta ſit, quod LE LONG ſuſpicatur, dicere non habeo, cum Gallicana CASTALIONIS Biblia mihi præſto non ſint. Si MINO CELSO fides habenda, plane nova eſt illa, nec antehac unquam divulgata. Ita enim ad *Franciſcum* WALSINGAMUM ſcribit: *Audiebam ad hæc, Gallicam iſtam verſionem viri peritia judicioque celebris nunc primum prodire ab aliis vulgatis aliam atque præſtantem.* At enim vero CASTALIONIS translatio Galli-

(y) In procemio A. III. b. et Sect. I. p. 9.

(z) Id unum adhuc, ad MINI CELSI Diſquiſitionis de hæreticorum ſupplicio notitiam ſpectans, addere juvat, in D. Z. i. e. *Danielis* ZWICKERI Henotico Chriſtianorum, Amſtelod. A. 1662. in 8. edito, exhiberi illius diſquiſitionis potiſſima lemmata. vid. THOMÆ HYDE Catalogum librorum impreſſorum Bibliothecæ Bodlejanæ, Tom. II. f. 266. et CHRISTOPH. SANDII Biblioth. Anti-Trinit. p. 152.

(a) In Librorum unius Sæculi Elencho conſummatiſſimo, edit. Francof. A. 1602. in 4. p. 78.

(b) In Bibliotheca claſſica, edit. Francof. A. 1611. in 4. p. 172.

(c) In Bibliotheca ſacra, Tom. I. f. 311. edit. Pariſ. A. 1711. in fol. LE LONG novum hoc Teſtamentum in quarti et octavi ordinis forma prodiiſſe memorat.

ca jam A. 1555. in primæ magnitudinis forma typis Jo. Herwagii Basileæ publicæ luci fuerat exposita. (d)

Hujus versionis specimen hic exhibere haud piget, et quidem principium Evangelii Joannis:

1. *Au commencement estoit la Parole, et la Parole estoit avec Dieu, et icelle Parole estoit Dieu.*
2. *Laquelle estoit au commencement avec Dieu.*
3. *Tout ha esté fait par elle, et sans elle rien n' a este fait, qui ait esté fait.*
4. *En elle estoit la vie, et la vie estoit la lumiere des hommes.*
5. *Et la lumiere luit és tenebres, et les tenebres ne l' ont pas comprise.*
6. *Il y eut un homme envoyé de Dieu; qui avoit nom Jean.*
7. *Lequel vint pour porter tesmoignage, pour tesmoigner de la lumiere, à fin que tous creussent par luy.*
8. *Il n' estoit pas la lumiere luy, mais estoit pour tesmoigner de la lumiere.*
9. *Il y avoit la vraye lumiere, qui illumine tout homme venant au monde.*
10. *Icelle Parole estoit au monde, et le monde avoit esté fait par elle, et le monde ne l' ha pas cogneue.*
11. *Elle est venuë chez soy, et les siens ne l' ont pas receuë.*
12. *Et à tous ceux qui l' ont receuë, elle leur ha donné puissance d' estre faits enfans de Dieu, ascavoir à ceux qui croyent en son nom.*
13. *Lesquelles ne sont pas engendrez de sang, ne de volonté de chair, ne de volonté d' homme, mais de Dieu.*
14. *Et ceste Parole ha esté faite chair, et ha habité entre nous pleine de grace et de verité: et avons veu sa clarté, comme clarté du Fils unique du Pere.*

Singulis capitibus singula præmissa sunt disticha, eorum summam complectentia: v. g. Pauli Epistolæ ad Galatas Cap. I.

Si

(d) Teste LE LONG l. c. f. 346.

Si Petrus, Angelus, aut Vates contraria Paulo
Adſerat, hi Galatis ſint anathema fidis.

Cap. II. *Bis ſeptem gelidas numerans poſt frigora brumas,*
It ſolymas Paulus, carpitur atque Petrus.
Cap. III. *Cœpta quidem placuere mihi, quos nunc anoëte,*
Fallaci teneros faſcinat arte oculos.
Cap. IV. *Donec tutus eris, tutorum lege regeris,*
Suſtulit ingratum filius ipſe jugum.
Cap. V. *Eſtne præputium tollenti Chriſtus inanis?*
Pnevma caroque ſimul bella inamata gerunt.
Cap. VI. *Fac tibi nemo queat verborum imponere fucis,*
Nunc ſere, quæ plena poſt modo falce metas.

Nuncupavit hanc editionem CELSUS *Franciſco* WALSINGAMO, primi ordinis Nobili in Anglia, et ELISABETHÆ, Britanniæ Reginæ, ad Gallorum Regem Legato, gratam ipſi devotamque mentem teſtaturus, quod in ſuorum familiarium cœtum ſe Lutetiam Pariſiorum vocare non ſit gravatus. Ipſam hanc epiſtolam nuncupatoriam, utpote ad res ejus illuſtrandas ſpectantem, huc transferre viſum eſt.

„*Clariſſimo generis nobilitate*
„*Pietatisque candore Viro D.*
„FRANCISCO VALSINGAMO *pro*
„*Auguſtiſſima Anglorum Regina*
„*apud Chriſtianiſſimum Francorum*
„*Regem Oratori* MINOS CELSUS
„SENENSIS. S. P. D.

„Magna profecto mirificaque vis eſt probitatis, aliarumque „virtutum, FRANCISCE CLARISSIME, quippe quæ „mor-

,,mortales, quamvis remotos, homines utcunque rudes, et ſenſus ,,licet pertinaces, ad ſe colendum, venerandumque cogant. Cu- ,,jus rei cauſa eos minime fugit, qui et animum ipſum cœlitus eſſe, ,,ubi bonorum abyſſus, intelligant, et hinc ad bonum idem, ad cœ- ,,leſtia ſui primordia ſuaviſſime inflammari noſcant. Quum ex Rhe- ,,torum jugis, quo *ante triennium* diros pietatis hoſtes fugiens, ,,memet receperam, huc ad *ſaluberrima BASILEÆ mœnia* con- ,,tendiſſem, ibidemque paulo ſecurius vitam traducerem, non raro ,,inter nos, ex amicorum conſuetudine, in eum venimus de te ſer- ,,monem, ut et *Franciſcus* BEIRUS (e) et PERNA Typo- ,,graphus, tuas mihi animi dotes candide celebrarint. Equidem ,,minimo negotio tantorum hominum verba aſſentationis experti- ,,um, meum erga te ſtudium excitarunt. Quamobrem fiebat, li- ,,cet meæ tenuitatis mihi ſim conſcius, ut aliquam te ornandi, vel ,,ſaltem obſervantiam in te meam ſignificandi facultatem et cupe- ,,rem, et quæritarem. Hæc porro cum animo mecum agitarem, ,,ecce gravis, et ſimul expetenda mihi occaſio tandem offertur. ,,Docue-

(e) Betti hujus PETRUS RAMUS in oratione ſua in laudem Baſileæ dicta honorificam mentionem inter familiares ſuos, quos Baſileenſis Academia hoſpites tum habuit, his verbis facit: *Franciſco Betbo et Sylveſtro Teglio vix Italia duas Italos candidiores et veræ pietatis amantiores appoſuerit. Betbus patriam patrio ſermone Chriſtianiſmi ſacris initiat. Teglius Machiavelli Principem Latine loquentem fecit, majoraque nominis ſui monimenta quotidie molitur.* Vid. PETRI RAMI et AUDOMARI TALÆI Præfationes, Epiſtolas et Orationes, p. 463. edit. Marpurg. A. 1559. Nobilem Romanum fuiſſe illum, eque patria exulem religionis cauſa vixiſſe Baſileæ, ac Italice ſcripſiſſe contra Hier. Mutium, Juſtinopolitanum, obſervavit CHRISTOPH. HENDREICH in Pandectis Brandenburgicis f. 555. Idem epiſtolæ ab eo ad Marchionem de Peſcara, vel potius ejus laudatiſſimam conjugem, Victoriam Columnam de rationibus diſceſſus ſui ex Italia ſcriptæ meminit: cui oppoſita fuit *Riſpoſta di* GIROLAMO MUZIO *a una lettera di* FRANCESCO BETTI, *ſcritta alla Marcheſa di Peſcara*, Piſauri A. 1558. in 8. publicata. Vid. N. HAYM *Bibliotheca Italiana*, p. 229. In Indicibus librorum prohibitorum ejus nomen inter primæ claſſis hæreticos eſt repoſitum. Inique de ipſo, affectuum æſtu abreptus, judicaſſe videtur TOBIAS EGLINUS ſive ICONIUS in relatione de geſtis Synodi Curienſis, ſupra a nobis exhibita.

„Docuerunt amici nonnulli, qui nunc Lutetiis agunt (ea eſt nunc „de me ſummi Patris providentia clemens) tuam, Vir Illuſtriſſime, „voluntatem a me haud eſſe alienam. Hic quid ego dixerim? „Quibusnam verbis, quave ratione animi mei conſolationem, et „gaudium promam? Illuſtris Dominus (f) cum ipſe ſic mihi, me „tamen non modo non averſaris, ſed humaniſſimus in tuorum fa- „miliarium cœtum vocare non es gravatus. Hinc fit, ut jam re „ipſa cognoſcam, quæ prius aliorum relatu, et animi tantum con- „ceptione tenebam, ſimul bonorum omnium largitori gratias agam, „ac me tibi Mœcenati meo gratiam habiturum ſemper cupidiſſime „dicam. Verum, ut animi ſtudium habeat aliquod ſignum adjun- „ctum, neve in hoc primo aditu vacuus omnino videar, aliquo te „nunc primum donare munuſculo cogitavi. Cum etenim *in Petri* „*PERNÆ Typographia ſuperioribus menſibus operæ nonnihil nava-* „*rim*, jamque ad finem properaret hæc Novi Teſtamenti recens „editio, ad hunc ego librum, ſuadente Typographo tuarum virtutum „cupidiſſimo, mentem adhibui. Perſpecta jam erat minime perſo- „nata tua religio: quare ſanctæ religionis lectionem, eamque præ- „cipuam tibi percaram fore non dubitavi. Audiebam ad hæc Gal- „licam iſtam verſionem viri peritia, judicioque celebris, nunc pri- „mum prodire ab aliis vulgatis aliam, atque præſtantem. Hoc er- „go donum offerre tuæ peritiæ, pietati, ſtudiis conſentaneum volui. „Quod enim argumenta ſpectat, nihil eſt ſupra Dei verbum ſan- „ctius, aut expetibilius. Quod ad linguas attinet, duas hic habe- „mus poſt natos homines nulli ſecundas. Libros videmus hac „tempeſtate non paucos, qui tractatorum pondere, ac diſſerendi ra- „tione magni quidem ſint: ſtili tamen culpa non parum inſuaves „apud Romani ſermonis amatores habentur. Quo fit, ut junctis „materiæ dignitate, dictionisque lepore libri mirifice colantur, et „eorum ſtudio mortales apprime proficiant. Neque interim auſim, „Vir ornatiſſime, linguarum Latinæ, vel Gallicæ (novi meam in lin-

K „guis

(f) Sic impreſſum eſt. Sed hunc locum eſſe mendoſum nemo non videt.

„guis tenuitatem) laudes nequicquam celebrare. Quanta ſit enim „Gallici ſermonis, vel ſuavitas, vel efficacia, tu judex eris, qui in „variis linguis ita es verſatus, uti familiæ Walſingamæ claritudo, „graviſſimaque legationis provincia poſtulare poſſunt. Nos vel „ex eo conjiciemus, quod in primis Europæ terris, Helvetiis, Bel-„gis, Germanis, Anglis Galliam colant. Quanta porro ſit dicenda „Latinæ linguæ venuſtas et amplitudo, nemo homo eſt, qui non „ſciat. Orbis ipſe terrarum, Europa maxime tota, ubi judicium „viget, latinitatis gloriam veneratur. Habebunt ex hoc libro Chri-„ſti juſtitiam ſitientes, unde ſalutarem hauriant animæ potionem. „Habebunt ad hæc linguarum cupidi, præcipue pii Tirones, unde „poſſint idiomatum geminorum elegantiam adipiſci. Quibus ra-„tionibus cum animæ fœlicitati, tum linguæ facundiæ facere ſatis „poterimus. Hunc ergo tibi, SAPIENTISSIME LEGA-„TE, dicamus librum, quo dignus fuit animi tui candor, mentis „in Deum cultus, ingeniique miranda ſuavitas. Cæterum quis „mirum hoc ducat, agnoſcens eo te genere natum, Anglico nimi-„rum, quod hoc noſtro ſeculo linguarum variarum ſtudio, bona-„rum artium ſplendore, bellicæ rei virtute, humanitatis cultu, veræ-„que pietatis puritate nulli concedat? Verum jam nimium audax, „vel potius imprudens ego, qui tanta cum infantia Regni Anglici „laudes attentem, atque *Valſingamiæ Familiæ* dignitatem „edoceam. Res ipſæ dilucidæ laudatores non quærunt: ego qua „ſum infirmitate, tantum onus non auſim ſubire: neque tua pate-„retur modeſtia, proprias laudes, me præſertim dicente, percipere. „Quare finem imponam, ſi prius illud addo, ſperare me, tibi non in-„jucundum fore munus hoc noſtrum, quia noſtræ in te pietatis pri-„mum ſit argumentum. Forſitan, juvante Chriſto, in tuis ædibus, „eximiorum virorum, quorum copiam alis, facta æmulatione, ad „majora me comparabo. Interim tibi gratiam omnem, et in Regis „Galliarum Aula, et apud Auguſtiſſimam Angliæ Reginam a ſum-

mo

„mo Christi parente precor, atque dum vivam totis animi mei co-„natibus precabor. Vale. Basilea

Kal. Sept. MDLXXII.

Num vero voti sui MINUS noster fuerit damnatus, ac Lutetiam in WALSINGAMI familiam reapse pervenerit, ego quidem asseverare non ausim. Fortasse mors ipsi non opinanti obrepens, quo minus id fieret, intercessit. Prodiit primum ejus de hæreticis capitali supplicio non afficiendis liber *CHRISTLINGAE*, uti titulus præ se fert, vel potius, si quid veri ex typis mens augurat, *Basileæ* A. 1577. ex officina forsitan *Petri PERNAE*, in qua eum correctoris vices obiisse ex dedicatione modo exhibita manifestum est. At qui libro præfatus est, J. F. D. M. D. typographi nomine indicavit, illum, cum is post autoris mortem in manus ejus devenisset, *multum diuque* (†) dubitasse, num typis eum suis in publicum edere deberet, quod operi nunquam extrema manus imposita fuisset, quodque se in odium et offensionem eorum omnium plane incursurum esset veritus, adversus quos auctor pro suæ opinionis defensione et ipsius veritatis illustratione calamum stringere coactus fuit: tandem vero nihilominus vicisse apud eum communem ecclesiæ utilitatem, quam non exiguam futuram pii doctique quamplurimi viri ipsi confirmarint, ac eum proin librum illum typis suis exscribendum curasse. Ego itaque, salvo aliorum judicio, CELSUM nostrum eo ipso ao. MDLXXII. adhuc, quo in libro suo Latine convertendo occupatus fuit, vel paulo post ante quam Lutetiam Parisiorum migrasset, Basileæ in Ædibus Petri Pernæ typographi ad finem mortalitatis concessisse, inque ejus manibus opus suum, nondum extrema perpolitum lima, reliquisse suspicor.

In librorum prohibitorum Indicibus MINUS CELSUS in primam auctorum damnatorum classem conjectus est. In litera autem C.

K 2 recen-

(†) Hinc aliquot inter ejus mortem ac libri editionem intercessisse annos haud injuria auguramur.

recentiſſimæ etiam editionis hæc habentur: *Celſus. vide Minus. Vindiciæ contra Tyrannos.* Ecquis vero hinc non, ab hisce Cenſoribus Vindicias illas famoſas vel noſtro, vel alii *Celſo* adſcribi, colligat? quarum tamen auctor ψευδώνυμος, ſive ſub hac perſona Hubertus Languetus, ſive Franciſcus Hottomannus, uterque natione Gallus, latere voluerit, ſe Stephanum Junium Brutum *Celtam*, i. e. Gallum nuncupat. In loco autem Lit. V. ad quem illi Ariſtarchi provocant, titulus iſtius Libri ſic exhibetur: *Vindiciæ contra Tyrannos, ſive de principis in populum, populique in principem poteſtate, Stephano Junio Bruto CELSO authore.*

Et tantum quidem enixa opera de MINO CELSO eruere mihi licuit, quod tamen abunde ſufficere autumo ad evincendum, MINI CELSI nomen haud fuiſſe adſcititium vel *Laelii* SOCINI, vel CASTALIONIS aliusve, ſed verum auctoris, cui diſquiſitionem de hæreticorum ſuppliciis acceptam ferimus. Cum autem *Claudii* TOLOMEI epiſtolæ illum primum mihi cognoſcendum dederint, juvat hic veluti in tranſitu ex iisdem alius quoque viri doctiſſimi memoriam quaſi intermortuam reſuſcitare, qui itidem religionis cauſa ſolum vertere, uxorem, liberos et quicquid charum ipſi erat, relinquere, eque Italia ſua in noſtram Germaniam, tandemque in Angliam exulatum abire coactum ſe vidit. Grata enim nobis debet eſſe eorum recordatio, qui Chriſti cauſa quidvis pati, quam agnitam ſemel veritatem evangelicam repudiare maluerunt.

Eſt vero ille ALEXANDER CITOLINUS, vir eximius, multisque nominibus commendandus, ad quem plures exſtant in illa collectione *Claudii* TOLOMEI, ipſius ſtudioſiſſimi, epiſtolæ (g), unde illos invicem de Linguæ Italicæ orthographia reconditisque elegantiis ſedulo contuliſſe, ac CITOLINUM

(g) Lib. IV. p. 145. b. Lib. V. p. 154. Lib. VII. p. 240, 243. b. p. 253. b. p. 277. b. p. 278. p. 286. etc.

LINUM egregium fuiſſe poëtam elucet. *La voſtra Poëſia Ingleſe* (ita aliquando ad illum TOLOMEUS) (h) *mi piace ne la inventione, e ne la diſpoſitione, dilettami ne l'affetto, lodo che ſeguitate bella ſtrada, come ſempre v'ho detto. Di gratia non mancate di conſigliare e ajutar M. Fabio* (Benvoglienti) *in queſta ſua fatica perciocbe potete far aſſai l'uno e l'altro, oue con uno beneficio ſolo legarete, e lui e me ſtrettamente.* Arbitror, CITOLINUM carmen aliquod, non Anglicum, ſed de rebus quibusdam Anglicis Italicum pepigiſſe. Quo etiam ſpectant ejusdem TOLOMEI in aliis ad eum litteris (i) verba: *Sol vi dico, che'l concetto de la voſtra poeſia mi par altiſſimo, ed euui belliſſima inventione. Entrateci dentro animoſamente, e acconciate in modo le vele, che voi arriviate con felice vento in Inghilterra.*

Idem A. 1546. d. 5. Jul. Placentia ita ad eum (k): *M. Fabio vi manda uno Epigramma tradotto dal Greco ne la lingua noſtra: a me par aſſai bello. Voi in tanto godete e auuiſatemi (vi prego) quel che intendete di queſta guerra de Luterani, e qual proviſione fan coloro, certo è bella coſa il vederci ridotti a tale, che biſogna combattere l' Evangelio con la ſpada in mano. Euo dunque la parola di S. Luca,* **nunc qui habet tunicam, vendat eam, et emat gladium.** Quo tendant TOLOMEI ad eundem literæ, indicio temporis et loci deſtitutæ, quas integras huc transferre placet, determinare non auſim. Forſitan autem jam tum in religionis cauſa ſuſpectum ſe reddiderat CITOLINUS. Ita autem ſe habent illæ (l): *Mi ſon uenute a l'orecchie certe male nuove de fatti voſtri: di che tanto mi rincreſce, quanto ſi conviene ad uno, che v'ama ſommamente, come ſo io. Ma mi conſola, ch'egli è in voſtra mano il liberarvi da cotali faſtidii. Hor laſciamo andare, s'io poſſo far coſa a beneficio voſtro in que-*

(h) Lib. VII. p. 240.
(i) L. c. p. 244.
(k) Lib. VII. p. 269. b.
(l) Lib. VII. p. 253. b.

sta o in altra occorrenza non me la tocate : perche mi sarebbe uno ingiuria troppa gravè , e crederei , che voi haveste voglia non sol d' allentare, ma mi sciogliere dispezzare il nodo de l'amicitia , ch'è tra noi , il che non sete mai per fare , se ben valeste , perche quanto voi l'allentarete , tanto io sempre lo stringero piu forte. Sbrigatevi di gratia , M. Alessandro da queste noie , se potete , perche voglio , che con animo sereno attendiamo a que' belli e nobili pensieri de la lingua Toscana. Vivete allegro , e se non per altro , almeno per far dispiacere a chi ha piacere del dispiacer vostro.

Prodiit A. 1551. in octuplici forma Venetiis *Lettera d'ALESSANDRO CITOLINI, in difesa della Lingua volgare, e i luoghi del medesimo, con una lettera di Girolamo RUSCELLI al MUZIO, in difesa del uso delle Signorie* (m). *Petrus Paulus* VERGERIUS politissimis eum scriptoribus Italicis annumerat , ac in unum eundemque censum cum VARCHO, CARO , TOLOMEO , CASA, RUSCELLO, DULCI, TASSO , PARABOSCO, AMALTHEO aliisque viris Italice disertissimis refert (n). Natus fuit, teste *Josia* SIMLERO (o) , Saravalli oppido Fori Julii, scripsitque praeterea locos Latine loquendi eleganter et ex tempore, magno volumine de omnibus rebus secundum *Julii* CAMILLI (p) modum: ac insuper ingentes commentarios paravit in Hieroglyphica ORI, in quibus variam et multiplicem historiam cujusque animalium generis pertractare , et regionum multarum proprietates populorumque diversos mores explicare voluit: quos lucem adspexisse publicam propterea dubito , quia eorum vir πολυμαθέστατος, b. *Jo. Alb.* FABRICIUS, quem nihil horum facile fugit , inter reliquos in Horapollinis Hieroglyphica commentarios haud meminit (q).

(m) Teste NIC. HAYM in *Bibliotheca Italiana*. p. 183. Edit. Venet. A. 1728.
(n) De Idolo Lauretano , p. 59. Edit. Tub. A. 1554.
(o) In Epitome Bibliothecae Conradi Gesneri locupletata , f. *6*. b. Edit. Tigur. A. 1555.
(p) De quo vid. MORHOFII Polyhistor. Liter. Tom.I. Lib.II. Cap.VI. p.m. 405.sq.

nit (q). Hic igitur elegantis doctrinæ vir tandem patriæ fines et dulcia linquens arva Argentoratum primo se contulit ad Germaniæ Ciceronem, *Joannem* STURMIUM, ab eoque literis commendatitiis instructus deinceps in Angliam abiit, rebus afflictis opem, ac Musis suis tutum receptum quæsiturus. Ita vero STURMIUS de ipso ad *Antonium* COOKUM A. 1565. Cal Oct. (r)

Si meus conspectus, vir clarissime, tibi jucundus esset, si adessem isthic, non dubito quin Alexandri CITOLINI, *qui has reddidit, tibi multo gratissimus adventus sit. Cum æque mihi atque germanus frater gratus sit atque acceptus, et majores ipse, quam ego, in literis nostris communibus progressus, ut mihi videtur, fecerit.* Ἀναλυτικὴν *illam quam omnes a me multis jam annis expectant, tenet perfecte, et septem dierum sermonibus septem explicatam sermone suo patrio divulgavit: quemadmodum ex ipsius volumine, quod adfert, pro tua prudentia, et eximia doctrina intelliges. Non dubito quin tibi gratissimum futurum sit hanc cognoscere. Mihi magnopere dolet: usque adeo me spoliatum esse fortunis meis a Domina* ROTANA: *ut hunc virum mea pecunia non potuerim apud me retinere, quo communicata inter nos opera atque industria hoc opus perficeremus. Quæso effice, ut Regina hic rebus mortalium non desit: et sua liberalitate adsit viro optimo, doctissimo, sane magno in literis homini. Mitto tibi exemplum epistolæ meæ ad Reginam, ut videas quomodo queas* ὑπεργεῖν. *Utinam vestro viatico, et stipendio retineatis per biennium: ad perficiendum id, cujus summa laus perventura esset ad Reginam, et eos, qui Reginæ auctores fuisse viderentur. In exilium proficisci cogitur propter Papistarum crudelitatem, ex amœnissimo et fructuosissime prædio. Uxore et liberis caret, caret patria et usu amicorum, et haec ita fert patienter, ut illius patientia mihi misericordiam moveat. Aderis viro optimo, et homini literatissimo, si huic apud generum, et apud Reginam aderis, ut sedem suis musis adipiscatur.*

Idem

(q) In Biblioth. Græc. Vol. I. Lib. I. Cap. XIII. p. 90. sq.
(r) Vid. *Rogeri Aschami* Epistolas p. 414. sq. Edit. Oxon. A. 1703.

Idem ad *Guil.* CECILIUM, Reginæ Angliæ a consiliis secretis, et *Ant.* COOKI generum, eodem die (s)

Si unquam jucundum tibi fuit, adesse viris bonis, innocentibus, eruditis: certe aderis Alexandro CITOLINO, *qui has reddidit, viro optimo, integerrimo, literatissimo. Ex illius septem dierum Sermonibus intelliges, qualem et quantam rationem animo complexus sit, scripto explicarit, et eo progressus sit, ut ad arcem et caput facultatis admirabilis pervenire brevi queat: si Serenissima Regina suam benignam manum, et felicem dexteram porrigat. Quænam ista ratio sit, ex socero etiam intelliges: cui scripsi copiosius, reveritus, ne tibi homini occupatissimo, et viro gravissimo molestus essem, si scriberem prolixius. Quæso atque oro, adsis exuli isti Christi: adsis etiam literarum studiis, atque ipsis literatis hominibus. qui hujusmodi rationem omnes vel exoptarunt, vel investigarunt. Commisi ei quaedam, quæ ad vos maximopere pertinere mihi videntur: in quibus ei fidem haberi cupio. Homini scilicet humanissimo, viro fidelissimo, exuli innocentissimo: pudicissimæ uxoris castissimo marito, carissimorum liberorum cupidissimo parenti. Denique quantum huic benefeceritis, id totum* Christo *vos facturos.*

Ad ipsam vero Britanniæ Reginam, ELISABETHAM ita laudatus STURMIUS (t): *Alexandrum* CITOLINUM *ita paucis diebus amare cœpi: ut dicere non possim, patremne majore benivolentia, si viveret, queam colere. Hanc sive amoris et studii, sive pietatis et caritatis flammam, excitarunt multa indicia incredibilis virtutis, & confirmavit magna significatio excellentis judicii et singularis doctrinæ. Sed in hac doctrina una inest ratio, in qua ipse annos jam triginta et amplius versor: quam ille mihi videtur, perfecte consecutus esse. Quid enim præclarius esse potest, quam in arcem sapientiæ certa via et ratione conscendere, in qua quicquid in universa natura est, totum illud sit locis notatum, generibus partitum, formis distinctum: idque plenum atque congestum rebus et sententiis, earumque verbis atque formulis?*

(s) L. c. p. 415. sq.
(t) L. c. p. 416. sq.

formulis ? Usque adeo, ut quicquid cogitanti in mentem venire possit: illius queat ad locum decurrere, et uno aspectu intueri, quæcunque de eo vel cogitatione comprehendi, vel scripto notari, vel oratione exprimi debeant. Usque adeo, ab uno solo initio, mens hominis per omnem rerum naturam, ad unum quoddam extremum, indagando et perlustrando potest decurrere. Hanc rationem C I T O L I N U S *tenet, et eam septem dierum sermonibus ostendit dilucide: quemadmodum Majestas vestra cognoscet ex iis, quæ sermone suo patrio conscripsit. Congestione rerum adhuc opus habet: et deportatione ad locos singulos, quo compleantur. Qua in re auxilio opus habet, non solum operarum, sed locupletis, et liberalis dextræ, quam si Majestas vestra viro optimo, et homini doctissimo porrexerit: habebunt non solum studiosi literarum, verum etiam viri doctrinis artium liberalium eruditi, quo utantur, cum ad suas studiorum rationes, tum ad publicas omnium commoditates: inprimis vero ad decus, et celebrationem vestræ Majestatis: et illius dextræ, quæ sumptus atque impensam largita erit. Sed hæc cujusmodi sint, Majestas vestra et ex Alexandri volumine Italico: et ipsius auctoris atque inventoris oratione cognoscet. Commisi etiam ei aliquid, quod ad Majestatis vestræ laudem atque decus pertinere videtur: in quo eandem ipsi fidem haberi cupio, quam mibi, si coram adessem. In utraque re oro Majestatem vestram, ut Alexandrum clementer atque benigne audiat. Sed natura est præditus verecunda; nihil audet, nisi ex vultu et oculis, aures avidas intelligat: non efficere solet, quod vult, et quod potest. Ubi vero placere se posse sentit: ita disertus est, ut mibi videatar eloquentis viri facere officium.*

Tandem ad *Rogerum* A S C H A M U M, Augustissimæ illi Reginæ a Latinis epistolis, sibique amicissimum, qui filium, amoris in eum testandi causa, in sacro initiationis lavacro S T U R M I U M vocari jussit, idem hæc perscripsit (u): *Mi Aschame, quid*

L *pro-*

(u) L. c. p. 411. Hæc quidem Epistola Cal. Oct. A. 1568. scripta esse dicitur; sed aut hic typothetæ culpa A. 1568. pro A. 1565. aut in reliquis A. 1565. pro A. 1568. positum esse, res ipsa loquitur.

profilius meus, Sturmius tuus, vivetne? atque ecquid vivit? et quænam de illo spes literarum: nunquid patri similis? nam ut propatri similis sit, precari non ausim, nec volo, volo enim esse meliorem. Utinam eos annos haberet, ut C I T O L I N U M *nostrum queat intelligere, qui hasce reddidit: et quem tibi etiam atque etiam commendo maximopere. Cognosces ex hoc uno viro, ea omnia, quæ a me scire potuisses, si istic fuissem, sed longe plura atque majora. Aperiet se tibi: oro et obsecro adsis ei consilio tuo, ut ne quid peccet in mores, et ordines hominum. Nosti nostra ingenia, qui musas colimus liberas, utile nobis est a vobis aulicis erudiri. Non jocor, si ullum unquam tempus fuit, causa ulla, vir ullus, in quo tuam mihi benivolentiam voluisti declarare: oro te declara huic vero, et hoc tempore, et in hoc nogotio, illius, meo, et reipublicæ vestræ, aliorum omnium. Peterem ista pluribus abs te, si de tua voluntate dubitarem, sed plane non dubito.*

Sed jam ab hac piorum ac præclarorum virorum biga transgredior ad erronem quendam, quem ecclesiæ vomicam et carcinoma vere dixerim. Hunc ex latebris ut evocem suis, facit locus *Philippi* MELANCTHONIS (x) abs *TE*, *VIR CONSUMMATISSIME*, allegatus (y), quem hic pace *TUA* repetam. Ita autem ille ad *Vitum* THEODORICUM, Theologum Noribergensem, A. MDXXXVII. d. V. Aug. *Audi, quid mihi* B U C E R U S *scripserit de Allobrogibus. Quaspiam* SERVETI *Sodalis, apud illos sparsit virus Samosateni. Et leve hominum genus sic applaudit novo delirio, ut jam ea de re Synodum indixerint, et metuat Bucerus, ne discedant fanatici velut superiores, Authorem vidisse Tè opinor. Ante biennium, aut aliquanto amplius, hæsit hic mensem unum atque alterum, cum antea Basileæ in carcere fuisset. Hinc quoque jussius est abire, cum audissemus eum* σχασιάζειν περὶ τῆς τριάδος. *Venerat ad* L U T H E R U M, *cum eo acturus de illo delirio. Hæc*

(x) Vid. Epistolarum ejus Lib. IV. cura Jo. Sauberti Norib. A. 1640. editum, p. 33.

(y) Lib. 1. §. XVII. p. 58.

Hæc ſcandala Cæſarem et bonos viros juſtiſſime movent, ut de cobercenda licentia cogitare cogantur. Quæſo explora negocium. Nam pii omnes non ſolum deplorare bæc mala debebant, ſed etiam ad delendos tales Spiritus τετυφωμένους *concurrere, atque arma capere.*

Niſi me animus fallit, digitum hic intendit MELANCHTHON in CLAUDIUM illum ALLOBROGEM, heterocliti capitis homuncionem, cujus *Joſias* SIMLERUS in narratione de ortu, vita et obitu Henrici Bullingeri (z) ad annum MDXXXIV. his verbis meminit: *Bullingerus præter commentarios ſcripturarum, duas orationes evulgavit, unam de teſtamento ſeu fœdere Dei unico et æterno, adverſus quosdam, qui omnia antiqui fœderis teſtimonia rejiciebant: alteram* (a), *qua aſſerit contra varias bæreſes duas in Chriſto naturas, divinam et bumanam. Occaſionem buic aſſertioni præbuit CLAUDIUS quidam ALLOBROX, SERVETI emiſſarius, qui commiſcebat in Chriſto divinitatem cum bumanitate, aut potius utriusque veritatem negabat: quorum bic nonnunquam Tigurum et ad alia Helvetiæ loca commeebat, et periculum erat, ne aliquibus venenum ſuum afflaret: ſcripto boc malo illi obviam ire voluit.* Mentionem ejus quoque et ſcripti a Bullingero adverſus ipſum editi facit *Jo. Jac.* HOTTINGERUS, Theologus quondam Tigurinus (b). Eodem anno erraticum hunc hominem Bernenſem Eccleſiam turbaſſe, *Berchtoldus* HALLERUS teſtis eſt in literis die VII. Maji ſcriptis, ubi ita de ipſo (c): *Interim collocuti ſumus cum Gallo boc* (d), *qui tametſi mente compos non ſit, natus tamen videtur ad pertinaciam et contentionem. Aſſeruerat Jeſum*

(z) Pag. 15. Edit. Tigur. A. 1575. in 4.

(a) En titulum: *Utriusque in Chriſto naturæ, tam divinæ, quam bumanæ contra varias hæreſes pro confeſſione Chriſti catbolica aſſertio ortbodoxa.* Vid. D. JO. HENR. HOTTINGERI Bibliotheca Tigurina. p. 77.

(b) In *Helvetiſcher Kirchen-Geſchichten* Part. III. p. 691. ad A. 1534.

(c) Vid. Epiſtolarum ab Eccleſiæ Helvetiæ Reformatoribus vel ad eos ſcriptarum Centur. I. p. 139. ſq.

(d) In aliis literis Hallerum eum vocare CLAUDIUM, et ditione Bernenſi exactum eſſe ſcribere, obſervat Clar. *Jo. Conr.* FUESLINUS.

Christum nudum esse hominem ; dein cum apertissimis a nobis urgeretur Scripturis , admisit : Christum naturalem Dei Filium , adeoque Deum esse ; sed non æternum , immo in tempore constitutum et factum. Ait secundo : Atque hunc alioquin purum hominem esse fidei nostræ objectum ; cui satis abunde responsum est , sed minime satisfactum , pertinaci enim satisfieri nequit. Monuimus hominem , ut fidem hanc apud se habeat , id vero minime facturum scio. Restat , ut illi probemus : Spiritum S. esse Deum et ab æterno , quem creaturam asserit. Negat Triadem , personas vero tam quoad vocem , quam ad rem. Vidi tua in Epistolam ad Hebræos et aliis locis , quibus magnam mihi cogitandi occasionem dedisti. In hoc hæreo , ut non plane intelligam , quid sibi velit vox persona , quam notionem Z W I N G L I U S *vocat in Religione vera et falsa: Alii vero nomina operationum : alii relationes aut proprietates. Vidi Scholasticos in primo sententiarum , sed ex illorum tricis me extricare nescio. Sic semper et in omnibus Te cogor perturbare. Paucis dabis occasionem cogitandi , dummodo rei summam depinxeris. Vereor , ne et* F A R E L L U S *in hoc implicitus sit errore.*

Gallum nuncupat *Hallerus* CLAUDIUM, quem Simlerus aliique Allobrogem appellitant , quia Allobroges, Pagum Valdensem sive *Pais des Vaud* in Reip. Bernensis ditione inhabitantes, Genevenses item , quorum civitas prisco nomine Aurelia Allobrogum vocitari assolet , aliique vicinarum terrarem ac montium incolæ Gallico sermone ceu vernaculo utuntur. Hinc etiam *Sebastianus* CASTALIO, ex asperis et salebrosis Allobrogum montibus ortus, inter Gallos relatus fuit a *Scævola* SAMMARTHANO in Elogiis illustrium Gallorum (e).

Qui vero tot civitates regionesque obivit, ut impiæ suæ doctrinæ virus spargeret , hunc inter populares præsertim suos, prava isthæc disseminasse dogmata quis dubitet ? Eos autem potissimum

(e) Pag. 70. elegantissimæ editionis, Isenaci A. 1732. a Celeb. D. HEUMANNO adornatæ , ac doctissimis notis instructæ.

tiſſimum Allobroges Melanchthonem innuere opinor, quos Sabaudiæ Duci antea ſubjectos, Bernatum Respublica An. MDXXXVI. armis in poteſtatem ſuam redegit (f). Conveniunt cum MELANCHTHONIS teſtimonio, quæ *Caspar* MEGANDER, Theologus Bernenſis, A. 1537. d. 8. Martii ad *Henr.* BULLINGERUM hunc in modum ſcripſit (g): *Gallorum quidam in ditione noviter occupata ſuſpecti ſunt nobis, haud recte de Chriſto perſonarumque Trinitate ſentire, quam ob cauſſam Calvinus Bernam veniens obnixe petiit, ut Synodus cogeretur, quod abnegatum eſt homini usque poſt paſchatis. Vide quantum negotii nobis facturi ſint Galli illi ſuperſtitioſi, ne dicam ſeditioſi.*

Diu poſt hic tenebrio, huc atque illuc divagatus veſana ſua placita aliis paſſim inſtillare anniſus eſt. Inter *Caſp.* SCHWENCKFELDII epiſtolas junctim editas exſtat una ſatis copioſa ad fratres ſuos Auguſtanos et Argentoratenſes A. MDXLII. miſſa (g), in qua argumenta CLAUDII contra veram ac æternam deitatem Chriſti diluere contendit. Unde apparet, ſparſiſſe illum etiam Auguſtæ Vindel. et Argentorati virus ſuum. Didici hinc inter cætera, CLAUDIUM claſſicum illum pro deitate Chriſti locum Joann. I, 1. ſic interpretatum eſſe, ut non λόγον ὑποςατικὸν, ſed verbum tantum promiſſionis et ideam de orbis redemtione animo divino conceptam ibi innui exiſtimaverit. *Daſs aber CLAUDIUS ſagt, es habe Johannes nicht die Gottheit Chriſti damit wollen bewehren, ſondern allein das Wort der Verheiſſung anzeigen und offenbahren wollen, was Gott nemlich von der*

L 3 *Erlö-*

(f) De illo bello, ac provinciis eo a Bernenſibus acquiſitis vid. *Mich.* STETTLERI Annales Bernenſes, Tom. II. Lib. III. f. 78. ſqq. edit. Bern. A. 1626. ſq.

(g) Vid. Ejus *Epiſtolar*, Tom. I. f. 554. ſqq. edit. A. 1566.

Erlösung der Welt im Sinne gehabt etc. Cui præter alia hæc reposuit SCHWENCKFELDIUS: *Daſs* CLAUDIUS *aus* 4. *Esræ vvill bevvehren, vvie das Wörtlein,* **Wort**, *für das Werck oder den Willen Gottes vverde genommen. Und daraus vermeint zu ſchlieſſen, es ſoll allhie auch alſo genommen vverden, ſolt er zuvor bevveiſen, daſs es darum auch alſo Johannis I. müſſe verſtanden vverden, vvievvols dort an gedachtem Ort auch vvider ihn iſt; denn es ſtehet allhie klar: Und* **Gott vvar daſſelbige Wort**, *iſt nach unſrer Rede ſoviel, als daſſelbige Wort vvar Gott, vvelches noch klærer die göttliche Natur und die Gottheit Chriſti ausvveiſet. Darum ſo ſpricht der Evangeliſt:* **Das Wort vvar Gott.** *Er redet nicht von Gottes Wercken, ſondern vom Worte Gottes, das in und bey Gott allvvege gevveſen iſt. Propter articulum Græcum* ὁ, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, *iſt da* λόγος, *ſubjectum, zum Unterſcheide der zvveyer Perſonen Vaters und Sones in Triade divina, und Deus prædicatum, tanquam Evangeliſta deſcribat, quid ſit* λόγος, *und vvird daraus bevvieſen, daſs das Wort ein Perſon ſey, divinam eſſentiam continens. Eſt perſona loquens cum patribus, vvie hernach folget: Filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarravit nobis* etc.

Verba Joannis, ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, ſic expoſuit CLAUDIUS: *Deus ſecum decrevit:* verba autem: ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο, *Deus decretum ſuum perfecit, et manifeſtum reddidit.*

Idem fanaticus homo, mutare ſedem ex ſede ſuetus, A. MDL. etiam Memmingenſem noſtram eccleſiam furialibus auſis turbare conatus eſt. Nec defuerant, qui aures ipſi faciles præberent, homines novarum rerum cupidi, poſt quinquennium demum ad errores deferendos indefeſſo verbi divini præconum, ac præcipue Theologi præſtantiſſimi D. *Ludovici* RABUS (h), Ulma propterea

(h) Sic per omnes caſus uſurpavit nomen ſuum in ſcriptis etiam Latinis tanquam ἄκλιτον, venerandus Theologus, quo cive ſuo, ceu decore ſummo, gloriatur Memminga mea.

pterea huc evocati, ſtudio perducti. Ex actis publicis cognovi, eum hic impugnaſſe Divini codicis integritatem, venditaſſeque præter reliqua, corruptum eſſe principium Evangelii Joannis, ac loco Θεὸς ἦν ὁ λόγος legendum eſſe, Θεοῦ ἦν ὁ λόγος, quod noſtro etiam ævo auſus eſt *Samuel* CRELLIUS, noſtri ſæculi ARTEMONIUS. Jactitabat porro, veritatem nondum in apricum productam, ſed ſe, utpote qui cœleſti Ambroſia paſtus ſit, ei propalandæ divinitus eſſe deſtinatum, ſe ſomnia poſſe interpretari, ac inflatu divino futura prænuntiare, omnes tam magiſtratus, quam alios, qui fidem ſibi denegent, funditus perituros, et quæ ſunt alia hujusce furfuris deliria. Sed primum alio migrare juſſus, mox clanculum rediit, iterum deinde exterminatus. De hoc circumcellione jam olim nonnihil diſſerui in compendiaria reformationis Memmingenſis Hiſtoria, quam ex tabulis publicis conſcriptam anno ſæculari Auguſtanæ Confeſſionis evulgavi (i). Plura de cerebroſo homine mihi jam in promtu haud ſunt (k). Spes vero me tenet, beneficio amici Tigurini me et opuſculo illo, adverſus ipſius ſtrophas ab *Henr.* BULLINGERO quondam publicæ luci expoſito, cujus ſupra memini, et epiſtola *Berchtoldi* HALLERI, ad quam Clar. FUESLINUS provocavit, proxime potiturum eſſe.

TU

(i) Cap. VII. §. IX. p. 265. ſqq. In actis noſtris publicis Claudius hic *Conſtantienſis*, ſive *Claudius von Coſtantz* dicitur, quia forte Conſtantia Memmingam pervenit, vel Conſtantienſem ſe mentitus eſt.


(k) Miror, hujus Claudii nullam plane mentionem facere Clar. *Abrahamum* RUCHATUM in *Hiſtoire de la Reformation de la Suiſſe*, cum tamen in ſexto ejus operis tomo ex inſtituto de reformatione Pagi Valdenſis, ſive *Pays de Vaud.* agat.

TU autem, MAGNIFICE MOSHEMI, placida fronte hanc commentatiunculam, quam ad TE ceu ad candiſſimum judicem defero, tanquam publicum ſummi mei in TE ſtudii ac venerationis pignus atque obſidem accipe, meque ac mea conamina benevolentia TUA, o quam deſideratiſſima! proſequere. DEUS TE, DECUS ET ORNAMENTUM SÆCULI, incolumem Eccleſiæ noſtræ, Orbi erudito, et Academiæ Georgiæ Auguſtæ, quæ per TE magis redditur Auguſta, in Annos Neſtoreos præſtet! Scribebam Memmingæ A. R. S. MDCCXLVIII. d. XXII. Aug.

CORRIGENDA.

A. 4. lin. 1. pro *ſive mana* leg. *ſive manu*. P. 26. lin. 7. pro *ſe non che oi dette le dice ſotto ſcritte* leg. *ſe non che ci dette le due ſotto ſcritte*. P. 28. lin. 1. pro *A.* 1596. leg. *A.* 1596.

ULMAE, EX OFFICINA WAGNERI.



79







